


PA
4249
A2B3

Jardins





MIMNERMI COLOPHONII

CARMINUM QUAE SUPERSUNT.

COMMENTATIONE PRAEMISSA

DISPOSUIT EMENDAVIT ATQUE IN SALUTEM

GRAECORUM PRO PATRIA PUGNANTIUM

EDIDIT

NICOLAUS BACHIUS

PHILOSOPHIAE DOCTOR ARTIUMQUE LIBERALIUM MAGISTER.

ACCESSIT EPIMETRUM AD SOLONEM POETAM.

LIPSIAE 1826

SUMTIBUS FRID. CHR. GUIL. VOGELII.

PA
4249
A2B3



910268

PHILOLOGIS SAGACISSIMIS

AUGUSTO BOECKHIO

ET

PHILIPPO BUTTMANNO

DISCIPULUS

ANT' ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ ΜΝΑΜ' ΕΠΕΘΗΚΕ ΤΟΔΕ.



Ex quo primum, praeceptores candidissimi, benevolentia vestra ac disciplina fruitus sum, studiorum salutisque meae gubernatores sapientissimi atque fautores gravissimi cuilibet fato, quod in me irrumpere videbatur, auctoritatem vestram objicere omneque mihi praebere solatium praesidiumque nunquam desiistis. Quum igitur uterque vestrum me adhortaretur, ut perseverarem in commentandi genere, quale istud esset de Solone poeta, quid gratius mihi, quid jucundius esse poterat, quam hac ratione optatis ac desideriiis vestris indulgere? Accessit etiam admonitio publica, ut, quam ingressus essem viam, in eadem strenue pergerem, acces-

sit devique, ut ejusdem admonitionis auctoribus, viris eruditis *) ipsique Regio Ministerio, quod gubernandae institutioni publicae praeest **), probatum sit illud periculum a me factum in Solone poeta. Itaque primum animum adverti Mimnermi elegis colligendis et pertractandis: quo tamen munere ut rite fungerer, in vestro jam gremio Berolini versatus, ex Bibliotheca Regia decerpsi, quae hanc ad rem necessaria duxeram. Eademne vero digna sint laude, quae ad Viadrum fluvium atque illa, quae ad Rhenum Patrem aggressus sum, equidem decernere non ausim.

Accipietis igitur hoc parvum opusculum, lucubratum inter varia negotia variosque labores, ex quo tempore de circulis et conviviiis vestris abductus Gymnasii Regii Oppoliensis discipulos literis artibusque liberalibus instituo: exiguum qui-

*) Jo. Geelio, Philologo Batavo, in *Bibliotheca critica nova* Vol. I. p. 274. atque Gu. Ern. Webero, poetarum elegiacorum interpreti et ingeniosissimo et elegantissimo, in *Paedagogisch-Philologisches Litteraturblatt zur allg. Schulzeitung*. 1825. Novemb. N. 47.

**) Ex Rescripto d. xvi. m. Maji a. mdcccxxv.

dem illud meae erga vos pietatis monumentum
pignusque amoris, altamen sincerum profectumque
ex pectore puro, — δόσεις δ' ὀλίγη τε γίλη τε. —

Quae quidem verba quum jam Oppolii scripsissem, ut Lipsiam commigrarent typis imprimenda, Passovius meus nuntium mihi pertulit optatissimum, Berolini et Vratislaviae, pro suis quemque viribus, extremo paene Graecorum discrimini occursuros homines generosos vereque Christianos. Neque habui quidquam antiquius, quam ut ego quoque pro facultate aliquid conferrem ad salutem Graecorum, indomita virtute adversus barbaros pugnantium, χαλεπόν τ' αἶσχος ἀπώσομένων, Graecorum, inquam, unde omnis profecta est humanitas omnisque litterarum artiumque disciplina. Quem ad finem quid aptius offerre possim, quam pretium, quod solvetur pro opera a me collocata in Mimermo, uno ex antiquissimis Graecorum poetis? Profecto rem ad Marathonem, ad Thermopylas atque Salamina ab heroibus Graecis olim fortissime gestam, eandem hodie quoque exantlabat magnus ille animus atque excelsus. Manes etenim

Tyrtæi nostra ætate ab inferis ascendisse videntur, incitatum Graecorum fortissimum quemque ad studium atque labores qualescunque subeundos:

Θυμῷ γῆς περὶ τῆςδε μαχόμεθα, καὶ περὶ
παίδων

θνήσκωμεν, ψυχέων μηκέτι φειδόμενοι,
ὦ νέοι, ἀλλὰ μάχεσθε, παρ' ἀλλήλοισι μένοντες,
μηδὲ φυγῆς αἰσχρᾶς ἄρχετε μηδὲ φόβου.

Scripti VRATISLAVIÆ feriis pentecostalibus
a. MDCCCXXVI.

DE

MIMNERMO POETA ELEGIAICO.



MIMNERMUS Colophonius ¹⁾, Solonis Atheniensis, ut videtur, ferme aequalis, poeta elegiacus ²⁾, floruisse dicitur inde ab Olympiade trigesima septima. Notum

1) Hoc disertis verbis memoratur a Strabone XIV. p. 921. Ἄνδρες ἰγύνοντο Κολοφώνιοι τῶν μνημονευομένων Μίμνερος — καὶ Ξενοφάνης κ. τ. λ. cf. Procli Chrestom. in Photii Biblioth. p. 319. b. 12. ed. Bekkeri. p. 379. ed. Gaisford. Suidas v. Μίμνερος. (sic enim corrupta est haec vox: aliter apud alios corrupta legitur, plerique tamen et certissimi testes exhibent Μίμνερος) Κολοφώνιος, ἢ Σμυρναῖος, ἢ Ἀστυπάλαιεὺς κ. τ. λ. Haec spectant ad vulgaria Grammaticorum dissidia, qui modo a loco genitali, modo a diversis aedibus postea electis scriptores denominare solebant. cf. Welcker. ad Alcman. p. 4 sq. Passov. ad Theognid. 771. ed. Bekker. C. O. Mülleri Dorier T. I. p. 122. Gu. Ern. Weberi *die eleg. Dichter der Hellenen* p. 473. Nobis probatur Strabonis testimonium quum antiquius tum (ut intelligitur ex Suida, in primo loco *Colophonium* collocante) plerisque veterum acceptum: quamquam verisimile videtur Mimnermum longius quoddam vitae spatium Smyrnae degisse. Sed nuper illam auctoritatem infringere conatus est C. Ph. Chr. Schoenemannus in commentatione nondum absoluta *de Mimnermi vita et carminibus* (Gottingae 1823. 4.) quam, quum non publice prodierit, mecum communicavit Fr. Passovius. Atque ille p. 2 sq. ex Pausania IX. p. 766. colligere sibi videtur Mimnermum natum esse *Smyrnae*. Qua tamen ratione ex fragmento quoddam ipsius Mimnermi (XII. ap. Strab. p. 634.) conjecturam suam stabilire quasi satis certam opinetur, equidem intelligere non possum. Nihil prorsus certi inde sequitur.

2) Praeter fragmenta, quae hoc docent, adeundus est Strabo l. c. Μίμνερος, ἀνλητῆς ἄμα καὶ ποιητῆς ἐλεγείας. Suidas l. c. ἐλεγιστοποιός.

est enim Solonem in Mimnermum, aetatis annum sexagesimum sibi exoptantem, scripsisse elegos hosce:

Ἄλλ' εἴ μοι κἄν νῦν ἔτι πείσεται, ἔξελε τοῦτο·
μηδὲ μέγαιρ', ὅτι σεῦ λῳΐον ἐρασαμένη,
καὶ μεταποιήσον τάγυρι τόδῃ, ὧδε δ' αἶειδε·

ΟΓΔΩΚΟΝΤΑΕΤΗ ΜΟΙΡΑ ΚΙΧΟΙ ΘΑ-
ΝΑΤΟΡ³⁾.

Hoc quidem testimonium (ut Schoenemanno aliquid concedamus) certissime non probat Mimnermum tunc temporis etiam fuisse superstitem, licet omnis versiculorum color ita comparatus sit, ut ad viventem potius quam ad mortuum spectare videatur; sed respondet omnino Suidae relationi: *Γέγονε δὲ ἐπὶ τῆς λζ' Ὀλυμπιάδος, ὡς προτερεύειν τῶν ζ' σοφῶν· τινὲς δὲ αὐτοῖς συγχρονεῖν λέγουσιν.* Nam verbo *γέγονε* a Suida significari *floruisse*, non *natum esse* Mimnermum illo tempore, apparet collatis aliis locis⁴⁾. Verum enimvero si utramque Suidae notitiam compensaveris, Mimnermus etiam propius accedet ad aetatem Solonis, ita ut optimo jure septem sapientium aequalis dici poterit. Grammaticorum dissidia, haud raro inania, hoc quoque loco ad nihil reduci videntur. Etenim flos poetae erotici in aliam aetatem cadere non potuit, nisi in eam, ubi pectoris tentavit in dulci juvenia fervor Mimnermum. Si igitur in Olympiade XXXVII. ponamus annum aetatis circiter undevigesimum, haud ita longo intervallo disjunctus sit Mimnermus a septem sapientibus ipsoque Solone. Verum hac ratione minime contentus Schoenemannus Mimnermi florem ad Olympiadem XX. referre conatur (p. 5 sq.) hancce viam ingressus: *Narrat Pausanias (IV. p. 331.) arce Era undecimo oppugnationis anno tandem dolo a Spartanis*

3) Vide, quae a nobis disputata sunt in *Comm. de Solone poeta* p. 31 sq. 99.

4) V. ad Solon. p. 3.

capta, cum Messeniorum res jam in summum discrimen essent redactae, Aristomenem atque Theochlum suos ad fortiter resistendum incitantes, insigne illud Smyrnaeorum facinus laudasse. ὥς Ἰώνων μοῖρα ὄντες, Γύγην τὸν Δασκύλου καὶ Λυδοὺς, ἔχοντες σφῶν τὴν πόλιν, ὑπὸ ἀρετῆς καὶ προθυμίας ἐκβάλλοιεν. Id factum vero ex ipsis Mimnermi carminibus innotuisse suspicor. Sed quid juvant suspensiones intempestivae, omni fundamento destitutae? Demonstrandum erat ante omnia rationibus historicis Mimnermum ipsum illi pugnae interfuisse aut omnino illo tempore jam vixisse. Sed longius quoque ille progreditur, ita ut ex fama tantummodo ficta, qua Mimnermus inter veteres elegiae auctor habitus sit, collegerit eum ad Callini et Archilochi aetatem relatum esse. Sed nemo unquam veterum Mimnermum tradidit fuisse inventorem elegiae. Unicum Hermesianactis locum, qui illius sententiae favere videatur, ratione prorsus alia atque vulgari interpretandum esse, paulo infra docebitur. Argumentum multo gravius per litteras mihi opposuerat Passovius, quippe qui Mimnermum una cum ceteris Ionibus Colophone Smyrnam commigrasse jam ante Olympiadem XXIII. acutissime colligere studuisset ex hisce ipsius poetae elegis:

Ἡμεῖς δ' αἰπὺ Πύλον Νηλήϊον ἄστυ λιπόντες
 ἱμερτήν Ἀσίην νηυσὶν ἀφικόμεθα·
 ἐς δ' ἐρατὴν Κολοφῶνα βίην ὑπέροπλον ἔχοντες
 ἐξόμεθ', ἀργαλέης ὕβριος ἡγεμόνες.
 κεῖθεν δ' Ἀλκέντος ἀπορνύμενοι ποταμοῖο,
 θεῶν βουλῇ Σμύρνην εἴλομεν Αἰολίδα.

Sed si ponamus cum Passovio elegis his poetam suam quoque inclusisse personam (Ἡμεῖς), hoc etiam constitutur necesse est, Mimnermum Pyli Elidis natum, inde in Asiam minorem profectum esse cum suis hominibus. Quod quum rationibus careat, verisimilius videtur intelligendam esse gentem Graecam (fortasse

Caucones Pylios, ab Herodoto I, 147. laudatos), quae ex Peloponneso in Asiam minorem commigraverit, primum Colophone sedes suas collocaverit, deinde, seditione commota (v. Herodot. I, 150. Pausan. VII, 5. 1.) Smyrnam occupaverit, unde expeditio contra Gygen Lydosque suscepta esse dicitur: sive Mimnermus alios homines dicentes faciat, sive eam ob causam primam personam pluralis admittat, quoniam (quod verisimilius videtur) ipse ortus sit ab illa gente Peloponnesiaca, ita ut *ἩΜΕΙΣ* significet *maiores nostri* 5). Attamen si quis Passovii istam rationem persequutus fuerit, Mimnermi aetatem justo etiam longius remotam atque Suidae testimonio repugnantem inveniet: Smyrnam enim jam ante Olympiadem XXIII. a Colophoniiis Ionibus expugnatam fuisse colligitur ex Pausaniae verbis (V, 8, 3.): *Τρίτῃ δὲ Ὀλυμπιάδι καὶ εἰκοστῇ πυγμῆς ἀθλα ἀπέδοσαν. Ὀνόμαστος δὲ ἐνίκησεν ἐκ Σμύρνης, συντελούσης ἤδη τηνικαῦτα ἐς Ἴωνας.* Unde qui rediet, is Mimnermi annum natalem saltem circa Olympiadum initium constituat necesse erit. Jam alterum quoque accedit impedimentum. Colophonem a Pyliis Andraemone duce conditam esse Mimnermus ipse tradit: Strabo enim (XIV. p. 634.) *Κολοφῶνα δ',* inquit, *Ἀνδραίμων Πύλιος* (sc. *κτίζει*), *ὥς φησι καὶ Μίμνερμος ἐν τῇ Ναννοῖ.* Sin autem elegos laudatos persequentes, Mimnermum istis Pyliis comitem adjungamus, ejus aetas incidat vel in tempus ante Calinum, qui jam floruisse perhibetur circa Olympiadum initium. Jam vero Colophonem ipsam una cum ceteris urbibus Ionicis (v. Herodot. I, 142.) prius etiam condi-

5) Eadem est sententia C. O. Mülleri *Dorier* I. p. 98. *Der älteste Zeuge, Mimnermos, sagt, dass die Gründer seiner Vaterstadt Kolophon vom Neleischen Pylos gekommen, wo es fast scheint, als denke sich der Dichter eine unmittelbare Wanderung dahin.*

tam esse oportet. Itaque longius distabit spatium, intra quod vixerit Mimnermus, inde a tempore, quo Pylii Colophonem condiderunt (ante Olympiadum initium) usque ad Smyrnaeorum contra Gygen Lydosque certamen (paulo ante Olymp. XXIII.), ab ipso poeta carmine elegiaco celebratum.

Suidas quidem Mimnermum *Ligyrtiadae* (*Λιγυρτιάδου*) filium fuisse narrat, quod tamen hac potissimum ratione interpretandum est, ut patris nomen ab arte, quam excoluerit filius sive etiam universa familia, repetitum esse ponatur. Attamen has quantulascunque ad Mimnermum decerptas sententias Lexicographus sine ullo iudicio consarcinasse videtur: quo difficilius fiat verum praebere iudicium, quum postremo etiam accesserit librariorum levis incuria. Interea totum locum ita emendandum censuimus: *Μίμνερμος, Λιγυρτιάδης, Κολοφώνιος, ἢ Σμυρναῖος, ἢ Ἀστυπάλαιεὺς, ἐλεγιοποιός. Γέγονε δὲ ἐπὶ τῆς λζ' Ὀλυμπιάδος, ὥς προτιρεῦειν τῶν ζ' σοφῶν· τινὲς δὲ αὐτοῖς συγχρονεῖν λέγουσιν. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Λιγυστιάδης (i. q. Λιγυρτιάδης) διὰ τὸ ἐμμελὲς καὶ λιγύ. Ἐγραψε βιβλία πολλά⁶⁾. Sic enim*

6) Vulgo: *Μίμνερμος, Λιγυρτιάδου* — *Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Λιγυστιάδης*. Quid sibi velit forma *Λιγυστιάδης*, equidem non intellexi. Wielandio quidem ad Horatii Epist. I, 6, 64. p. 144. minorem aut nullam potius suspicionem haec forma movisse videtur, quippe qui in verba juret magistri: *Mimnermus, ein erotischer Dichter, — erhielt wegen der ungemeinen Lieblichkeit seiner Verse den Namen Λιγυστιάδης*. Eundem errorem nuper repetiit *Frid. Schoellius, hist. de la litt. Grecque T. I. p. 191*. Rationes tamen attulit nullas Wielandius noster, vir ceteroquin uberrimus ad defendendam quam commendat sententiam. Medicinam nobis praebet altera lectio, quae extat in Cod. Paris. A. *Λιγυστιάδης*, quam quidem formam aequè genuinam esse ac *Λιγυρτιάδης* me docuit Passovius hisce verbis ad marginem hujus libelli ascriptis: *Utraque forma mihi pro-*

Mimnermus non filius Ligyrtiadae cujusdam, verum ipse *Λιγυρτιάδης* sive *Λιγυστιάδης* appelletur, forma quidem patronymica, illa tamen ad artem referenda, eadem prorsus ratione, qua *Homeridae*, *Daedaliadae* aliique dicuntur. Mos enim fuit solennis, ut poetae artificesque ab arte denominarentur: sic *Stesichorus* proprie ab arte duxit nomen, quod quidem postea mansit, quum nomen germanum oblitteratum esset ⁷⁾. Mimnermus autem utraque arte polluerat, et *musica* et *poetica*, priore fortasse a majoribus ad ipsum translata. Nimirum a Strabone laudatur Mimnermus *αὐλητής*

ha esse videtur, ad duplicem formam λιγύς et λιγυρός provocanti; neque profecto in aliis etymis frequentius quicquam hac litterarum σ et ρ alternatione, quarum posteriorem Acolensibus maxime familiarem fuisse testis est Plato in Cratylō p. 431. 451. ita μάρτυς et μάρτυρ, ἵππος et ἵππορ, σκληρότης et σκληρότηρ, arbos et arbor, honos et honor: quidni Λιγυστιάδης et Λιγυρτιάδης? — Nunc etiam Suidae interpretatio, διὰ τὸ ἐμμελὲς καὶ λιγύ, respondet praeceptis grammaticis. Epitheton λιγύς jam ab Homero tribuitur instrumentis musicis atque Musae ipsi: Il. ι, 186. φόρμιγξ. cf. Odyss. θ, 67. Ibid. ω, 62. Μοῦσα λιγεία. Λιγυρός forma plenior (vide Buttmanni Gramm. §. 104. g.) ibidem significat sonorum quidquam, ab Homero avibus et Sirenis addita Il. ρ, 290. Odyss. μ, 44. 183. Theognis 933. Οὐ δύναμαι φωνῇ λιγύρ' ἄδέμεν ὥςπερ ἀηδών. Mimnermo poetae atque tibicini insigniter attribuitur patronymicum Λιγυστιάδης (a forma λιγύς) sive Λιγυρτιάδης, quasi a forma primitiva λιγύρε, Gen. λιγυρός, deductum sicut Φερητιάδης a Φέρης etc. Quod quum ita sit, principio etiam facili modo reponendum Λιγυρτιάδης pro genitivo Λιγυρτιάδου. In ultima sententiā ed. Mediol. a. 1449 hanc praebet lectionem: Ἐγραψε βιβλία ταῦτα πολλά· illam quidem, nisi glossatoris cujusdam, paene absurdam.

7) Suidas v. Στησίχορος· ἐκλήθη δὲ Στησίχορος, ὅτι πρῶτος (h. e. praecipue) κιθαρωδία χορὸν ἔστησεν, ἐπεὶ τοὶ πρότερον Τίτιας ἐκαλεῖτο.

ἄμα καὶ ποιητῆς ἐλεγείος⁸⁾). Antiquissimum vero et certissimum quo utimur, testimonium est Hippo-
nactis, a Plutarcho ad nostram aetatem translatum: Καὶ
ἄλλος δ' ἐστὶν ἀρχαῖος νόμος, καλούμενος Κρα-
δίας*), ὃν φησὶν Ἰππώναξ Μίμνερμον αὐλῆσαι·
ἐν ἀρχῇ δ' ἐλεγεία μεμελοποιημένα οἱ αὐλῶδοι
ᾗδον· τοῦτο δὲ δηλοῖ ἡ τῶν Παναθηναίων γραφή
ἡ περὶ τοῦ μουσικοῦ ἀγῶνος⁹⁾). Hoc enim anti-

8) Strab. XIV. p. 921. Casaubonus emendavit ἐλεγείας, libri uno, ut videtur, consensu ἐλεγείος exhibent, improbaute H. Stephano in Thes. T. I. p. 1067. D. At jure formae ἐλεγείος patrocini-
um suscepit Laur. Santenius ad Terent. Maur. p. 285., quem cum magno bonarum litterarum emolumento post Santenii mortem nuper edidit Dav. Jac. Leunepius. PASSOVIUS.

*) Cf. Hesych. v. Κραδίης νόμος· νόμον τινὰ ἐπανλοῦσι τοῖς ἐκτεμπομένοις φαρμακοῖς, κράδαις καὶ θύραις ἐπιραβδίζουμένοις. Haec imprimis spectare ad Thargelia ostendit Schoenemannus p. 17 sqq. Grammatici derivatio ista vocis Κραδίης verae sit necne, nihil ad rem: hoc saltem pro comperto habebis, Κραδίην νόμον imprimis adhibitam esse ad sacra quaedam peragenda.

9) Plutarch. de Musica cap. 9. Huc etiam spectat locus Hermesianactis apud Athen. XIII. p. 597. F. licet immodice depravatus: Πολιῶ δ' ἐπὶ πολλᾷ κωτῶ κημῶθεις κῶμους στεῖχ' ἀνακοιρανέων. Sic quidem, fortasse non sanatus, attamen correctior apparet locus. Αωτὸς sive tibia (annotante Ruhkenio in Ep. crit. II.) apta est Mimnermo tibicini. cf. Athen. IV. p. 175. C. 182. B. VIII. p. 362. B. Πολιὸς autem dicitur ob loti sive tibiae ex loto confectae colorem nigrum. Theophrast. H. Pl. IV, 4. τὸ μὲν ξύλον μέλαν. cf. Plin. H. N. XIII, 17. Κημῶθεις ἔ (vulgo, κνημῶθεις) reposuit Anonymus in Diario Classico VII. p. 238. Notus est, inquit, mos tibicinum, qui κημῶς induebant, vel, ut Sophocles dixit, φορβείας. V. Scholia ad Aristophan. Equit. 1147. Extrema verba scripta sunt ex emendatione Jacobsii in Animadv. ad Anth. Gr. Vol. II. P. 1. p. 143. qui quidem in praecedentibus dedit: Χωλῶ δ' ἐπὶ πολλᾷ κῶλῳ, κνημῶθεις κ. τ. λ. „Poetae, inquit, commisationes agenti tribuitur κῶλον χωλὸν propter numeros impari-

quissimae Graecorum poesis et artis musicae proprium, ut, quod natura fert, altera alterius perpetua sit comes. Nec fere ingeniosius quisquam ac subtilius in hac re versatus est, quam Fridericus Schlegelius, clarissimus vir, qui quum nihil sine subtili doctrina et elegantia tractare soleat, tum maxime in enarranda historia poesis Graecae acie ingenii veram rationem exposuerit, ita disserens: *Wenn das Eigenthümliche der Musik darin besteht, die tiefsten Gefühle auszuhau-chen, einer schönen Seele eine schöne Stimme zu geben, und um alle Leidenschaften zu spielen: so ist die lyrische Poesie der Hellenen nicht bloß befreundet mit der Musik, sondern selbst nichts anders als eine poetische Musik. Wem treten bei dieser Betrachtung nicht die Wuth des Archilochos, die Zärtlichkeit des Mimnermos, die Gluth der Sappho und des lieberasenden Ibykos vor das Auge des Geistes*¹⁰⁾. Sicut cithara epicam, ita tibia elegiacam poesin comitata est¹¹⁾.

Atque Grammatici de carminis elegiaci inventore inter semet rixantes, ad suum quisque arbitrium, alii alii vindicabant auctorem. Sic recentiores quidam Hermesianactem, qui ipse elegos amatorios magna cum arte excoluit, Mimnermo inventionem pentametri ascri-

ter junctos, quibus ille primus usus esse dicitur (?). Notus Ovidii locus L. III. El. I, 8. *Venit odoratos Elegeia nexa capillos: Et, puto, pes illi longior alter erat.* Tribuuntur nonnunquam scriptoribus, quae ipsorum operibus propria sunt. Ut Horatius Dorseuni in scribendo negligentiam notans, *Adspice*, ait, *Quam non adstricto percurrat pulpita socco.* Epist. II, 1, 174. — Franckius, qui ad suam quidquid opinionem conformare didicit, quasi *ἡρωικώτατος* illam Plutarchi auctoritatem in Callino imminuere studuit. Sed refellit eum Schoenemannus p. 16 sq.

10) Operum III. p. 253 sq.

11) Vide quae protulimus ad Solonem p. 9. cf. Plutarch. de Musica cap. 8.

psisse opinabantur, ex hisce versibus sententiam suam stabilire frustra conantes:

Μίμνερμος δὲ, τὸν ἡδὺν ὃς εὔρετο πολλὸν ἀνατλᾶς
ἦχον καὶ μαλακοῦ πνεῦμ' ἀπὸ πενταμέτρου
κ. τ. λ. ¹²).

At illam prorsus falsam esse hujus loci interpretationem, primum didici ex annotatione *Jul. Silligii*, sagacissimi viri, in margine commentationis Schoenemanni ascripta ¹³). Mimnermum enim carminum amatorum (ἡδὺν ἦχον) inventorem vel potius principem fuisse atque ad ea adhibuisse pentametrum, qui hexametrum quemque exciperet, purus atque germanus est illius distichi sensus, nemini lippo in posterum detorquendus: hoc est enim *exponere* atque interpretari, illud nihil nisi *imponere* aliquid, quod sententiae scriptoris non inest. Atque sanam illam esse Hermesianactis

12) Apud Athenaeum XIII. p. 597. F.

13) Silligius scilicet cum Passovio communicaverat illam commentationem, in margine paucis annotationibus auctam. Deinde, iterum inspecto *Franckii Callino* eandem interpretationem apud illum reperi p. 9. hisce verbis expressam: *Verum enimvero Mimnermum nemo unquam veterum tradidit inventorem elegiae, quidquid dicunt Orion Thebanus περὶ ἐτυμολογιῶν apud Ruhnken. ad Callim. Fragm. T. I. p. 439. ed. Ernest. auctor Etymologici cujusdam inediti ibid. et Plotius de metris p. 2634., qui tamen et ipsi Mimnermo non tribuunt inventionem elegiae, sed ab aliis tribui putant. — Excusare solent Hermesianactem, qui Mimnermo inventionem elegiae tribuat: quod falsum esse, nec tamen magnopere vituperandum, quum lenioris Mimnermus et amatoriae inventor fuerit elegiae, quam Alexandrini, ejus potissimum exemplum secuti, tanto cum studio excolebant. Sed, obsecro, quid aliud dicit poeta, quam invenisse Mimnermum dulcem sonum et quasi spiritum mollis pentametri, hoc est mollem lenemque elegiam? Nemo unquam, quod sciam, facillimum hunc locum recte explicavit, praeter Boettigerum in *Att. Mus. Vol. I. Fasc. 2. p. 338. etc.**

interpretationem, testis est etiam Propertius, istius aemulator Latinus, bellissime canens (I, 9, 11 sq.)

Plus in amore valet Mimnermi versus Homero;

Carmina mansuetus lenia quacrit Amor.

Primus igitur amorem inclusisse versibus elegiacis statuendus est Mimnermus, suavissimis quidem illis et cujuslibet animum mirabiliter permulcentibus. Mimnermi enim carmen elegiacum, ut Fr. Schlegelius ait (*operum* III. p. 273.), accuratissimum fuit exemplar et tanquam speculum naturae ingeniique mobilitatis, inter Iones illo tempore plurimum vigentis, et qualibet aetate eximia pulcritudinis species ad levandas animi curas. Quinetiam Horatius, poetarum artificia proponeus, quibus favorem populi sibi conciliare soleant, suorum carminum plausorem, poetam elegiacum, quum Horatium *Alcaei* nomine commendarit, ab se *Callimachum* appellari profitetur, vel, si hoc cognomine nondum contentus sit, ipsum *Mimnermum*:

*Quis nisi Callimachus? Si plus apposcere visus,
Fit Mimnermus, et optivo cognomine crescit* ¹⁴⁾).

Neque solum puellarum desideriis, sed incestis quoque puerorum amoribus exarsisse Mimnermi elegos, quidam colligendum esse opinantur ex Athenaeo, qui Alexandri Aetoli versiculos laudavit, Agathoclem in-

14) Epist. II, 2, 100 sq. cf. Ep. I, 6, 65. Consentit Procli excerptum ap. Photium Bibl. p. 319. b. 11. ed. Bekkeri: λέγει δὲ καὶ ἀριστεύσαι τῷ μέτρῳ (ἐλεγείῳ) Καλλίνον τε τὸν Ἐφέσιον καὶ Μίμνερον τὸν Κολοφώνιον, ἀλλὰ καὶ τὸν Τηλέφου Φιλητᾶν τὸν Κῶον καὶ Καλλίμαχον τὸν Βάττον. Contrarium Quintilianus X, 1, 58., qui *Callimachum* elegiae principem habuisse, *Mimnermum* omnino praetermisisse eam ob causam videtur, quod, juventutis habita ratione, morum potius conditio, quam propria carminis elegiaci natura spectanda erat. cf. Ovid. Remed. Amor. 381 sq. Qui Callimachi artis excellentiam respexisse videtur: itaque iudicium, ut ita dicere fas sit, nimis subjectivum.

ducentes ut Mimnermi aemulatorem: Ἀλέξανδρος, inquit, ὁ Αἰτωλὸς, ὁ τραγωδιοδιδάσκαλος.

Τόνδ' Ἀγαθοκλῆος λάσσαι φρένες ἤλασαν ἔξω
πατριδος, ἀρχαίων ἦν ὃδ' ἀνὴρ προγόνων·
εἰδὼς ἐκ νεότητος αἰὲ ξείνοισιν ὀμιλεῖν
ξείνος, Μιμνέρμου δ' εἰς ἔπος ἄκρον ἰών,
παιδομανῆς ἐν ἔρωτί ποτ' ἦν ἴσος¹⁵). —

- 15) Athen. XV. p. 699. C. Hos versus maximam partem optime restituit Is. Casaubonus: Si usquam alibi, inquit, hic favit nobis Critice, cum absque ulla ullius litterae immutatione pulcherrimum loquendi genus cum sententia optima restituimus. Quis non legit apud Graecos εἰς ἄκρον ἵεναι σοφίας? Ita hic dicitur Agathocles εἰς ἄκρον ἰών ἔπος M. id est, coluisse eximie poesin Mimnermi, sive poeseos id genus, in quo excelluit Mimnermus. Quorsum hoc pertineat, explicat statim, subjiciens: Παιδομανεῖ κ.τ.λ. significat, Agathoclem assidua Mimnermi lectione talem evasisse, qualem fuisse Mimnermum ipsius arguit poesis. — Est vero elegantissima locutio, Μιμνέρμου εἰς ἔπος ἄκρον ἰών, pro εἰς ἄκρον ἐπέων: nam ita dicendum potius fuit, si per metri legem licuisset. Insolentior est quidem illa structura, ut annotavit Schweighaeuserus, minime tamen absurda. Cur eodem Schweighaeusero auctore ἔπος hoc loco potius significet dictum, praeceptum, haud intelligo. Postremo versu vulgo scriptum erat: παιδομανεῖ ἀν' ἔρωτι πότῃν ἴσον, unde Casaubonus correxit πότῃς ἴσος, ut denotet Mimnermum Veneris et Bacchi juxta magnum cultorem. Sed de Mimnermi virtutibus Bacchanalibus aliunde nihil constat. Ex litteris ΠΟΤΗΝ ἸΣΟΝ facili opera eliciendum erat ποτ' ἦν ἴσος, ita ut totus versus ita emendari posset: Παιδομανῆς ἐν ἔρωτι ποτ' ἦν ἴσος, i. e. Agathocles puerorum amator in amando similis fuit amoribus, quales Mimnermus in carminibus descripsit. Schweighaeuserus etiam proposuit, παιδαμανῆς ἐν ἔρωτι ποτ' ἦν ἴσον, ut ἴσον adverbialiter positum esset, subintellecto pronomine αὐτοῦ, sicut ille. Jacobsius in Animadv. ad Auth. Gr. Vol. I. P. 2. p. 245 sq. De exule agitur, quem Agathocles, Siciliae tyrannus, e patria ejecerat, viro cum generis nobilitate, tum ingenio et virtutibus excellente. Recte scripsimus Ἀγαθοκλῆος

Praeterea extat locus Ovidii, qui tamen qua ratione recte interpretandus sit, vix ad liquidum perducitur potest: Ovidius inimico ignoto calamitates qualescunque imprecatus, ad extremum etiam addidit Mimnermi cujusdam fortunam:

Trunca geras saevo mutilatis partibus ense,

*Qualia Mimnermi membra fuisse ferunt*¹⁶).

Schoenemannus (p. 11 sq.) ut, quam antea de Mimnermi patria proposuerat, sententiae quasi fulcimentum subjiceret, in seditione, qua Smyrnaei Gygen Lydosque urbem tenentes expulissent, Mimnermum ita vulneratum esse statuit, ut diceretur *ense mutilatus*: quam ad sententiam confirmandem adduxit illud Hermesianactis, πολλὸν ἀνατλάς, quod a nemine interpretum explicatum reperisset. Heu quam admirabilem artem criticam! Illa quidem multo verisimilior est interpretatio, quam Censor Schoenemanni in Seebodii Diario philologico et paedagogico protulit: *Quid enim, inquit, vulneratio eaque honesta, pro patria suscepta? Haec enim nihil horrendi secum fert. Accipienda est*

λάσσαι φρένες, ut ap. Homer. Il. β, 851. Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ. — In proximis constituendis ab Athenaei interprete et restauratore recedo: παιδομανής, δυσέρως τέ ποτ' ἦν ἴσον κ.τ.λ. Hanc monstrose corrupti loci medicinam nemo facile violentam dixerit. Puerorum amator erat is de quo hoc loco agitur (παιδομανής, ut Meleagr. Ep. XLVIII. Rufin. Ep. XIV. οὐκέτι παιδομανής, ὡς πρὶν ποτε) et semper amoribus irretitus; id enim est δυσέρως, ut passim monuimus.

- 16) Ovid. Ibid. 546 sq. Optimi Codd. *Mimnermi*. Alii *Minervi*, *Mycerni*, *Mamertis* (sic etiam in fragmento incerti auctoris, quod affixum est Censorino p. 140. ed. Havercamp. duo Codd. *Minervi* pro *Mimnermi*). Extremo versu scribendum esse ferunt, non (quod Schoenemannus praetulit) dicunt syllabarum quantitas flagitat. Vid. Seebodii *Archiv für Philologie und Paedagogik*, Jahrg. II. Heft 3. p. 468.

utique mutilatio, quae Mimnermo dolorem commoverit quam acerrimum. Quae tandem castratione vehementior ipsi, cui sine amore jocisque nil jucundum erat? ¹⁷⁾ Huic de incertis Mimnermi amoribus narratiunculae, quibus erga pueros flagraverit, omnem fidem derogandam esse censuit Passovius: verba enim Alexandri Pleuronii apud Athenaeum, quibus tota nitatur criminatio, adeo esse corrupta et tam parum probabiliter restituta, ut vix quidquam inde colligere liceat: et admissa quoque Casauboni emendatione, sententiam prodire ab ea, quae vulgo inesse credatur, multum abhorrentem: patere enim verba Alexandri,

Μιμνέρμου δ' εἰς ἔπος ἄκρον ἰών,

non ad Mimnermi vitam moresque, sed unice ad ejus poemata vel potius ad certum quendam et omnibus tunc notum Mimnermi versum spectare: nullam vero magis celebratum et saepius esse repetitum eo ipso, a quo nostra quoque fragmentorum collectio tanquam a summo philosophiae Mimnermianae incipit,

Τίς δὲ βίος, τί δὲ τερπνὸν ἄτερ χρυσῆς Ἀφροδίτης;

nihil igitur aliud indicare voluisse Alexandrum nisi hoc: Boeotum poetam, Mimnermi sententiam sequutum (vitam sine amore haud esse vitalem), puerorum amoribus indulsisse: locum vero Ovidianum triplice premi difficultate; magnopere enim fluctuare librorum lectionem, neque esse probatum, neque unquam probari posse Mimnermum istum, foede mutilatum, cujus nomen optimi sane codices exhibeant, Colophonium esse elegiographum, et ut hoc quoque largiamur, ne verbo quidem indicare Ovidium, *puerorum amoribus πάθος* istud Abaelardicum concitatum esse in miserum poetam: eos vero in aperto errore versari, qui

17) *Archiv für Philologie etc.* I. c.

Hermesianactum πολλὸν ἀνατλάς ad hanc opinionem adaptaverint: quae enim statim sequuntur,

καίετο μὲν Ναννοῦς κ.τ.λ. abunde docere miseriae illas vel molestias Mimnermi unice ad infelicem Nannonis amorem et ad ea pertinere, quae hujus amoris causa a rivalibus, Hermobio et Pherecle, sit perpressus, sive eviratio fuerit, sive, quod verisimilius, felicior illorum apud formosam tibicinam successus. Fac etiam Mimnermum reapse indulsisse incestis puerorum amoribus, hoc tamen conficere non licet ex argumentis historicis. Nimirum ex Asia minore, imprimis Ionia, profectum esse constat παιδεραστίας flagitium, immane quidem illud apud veteres Graecos, immanius etiam atque crudissimum apud Romanos, istorum bona et vitia imitatos; hoc tamen imprimis solatium praebebit antiquitatis classicae cultoribus, quod illi puerorum amores apud nobilissimum quemque et honestissimum ita comparati erant, ut aetate majores ad animi ingeniique culturam promovendam juniorum peterent amicitiam atque amorem. Quem enim fugerint Thebanorum ista paria, vitae necisque sodales, ita copulati connexique inter se, ut alius ab alio divelli non posset? Quae de Socrate aliisque dicuntur, iis haud dubie talis inest sensus, qualem ob sententiarum sublimitatem in Platonis Phaedro admirare. Deinde in poetarum locis hoc imprimis spectandum est, quod consuetudo dicendi nostris insuetis auribus sensibusque aliam admittere possit interpretationem, atque veteres ipsi unquam sibi finxerint¹⁸⁾. Alia denique, ubi

18) Frid. Schlegelii Operum T. IV. p. 50. *Die Richtung dieser zärtlich begeisterten Freundschaft und Liebe auf das männliche Geschlecht und schöne Jünglinge, wie sie sich auch in den Liedern des Anakreon, in den Oden des Horaz, ja selbst in den Dialogen des Plato und andrer Sokratiker findet, und selbst in die Mythologie der Alten verwebt war, wie in*

accuratius ponderaveris, puri castique animi esse invenies: ita castissimo Patrocli desiderio flagrasse Achillem nemo integrae mentis infitias ibit, hosce versus Homericos ratione animoque lustraturus:

Ἑστρέφετ' ἐνθα καὶ ἐνθα,
 Πατρόκλου ποθέων ἀδροτήτά τε καὶ μένος ἦϋ.
 ἦδ' ὅποσα τολύπενσε σὺν αὐτῷ, καὶ πάθεν ἄλγεα,
 ἀνδρῶν τε πτολέμους, ἄλγεινά τε κύματα πεί-
 ρων ¹⁹).

Quae tamen ad ultimam paene antiquitatem pertinent, aut hominum tantummodo optimorum sunt propria, ea profecto minime sufficiunt ad describendos mores eorum, qui olim in Graecia floruerunt. Neque ideo opinetur quisquam nostram aetatem per sese antiquitate praestantiorē esse: quod defuit Graecorum ingenio animoque, *verbum divinum*, hodie in omnibus fere nationibus usque ad ultimas terras pervagatum, *verbum*, inquam, *divinum* aetatis nostrae (proh dolor aliquando tamen proclivis ad nefaria, Graecis quidem, Christianis minime condonanda!) virtutes at-

der Sage vom Apollo und dem schönen Jüngling Hyakinthos, muss man nicht immer gleich zum Argen deuten, da bei reineren Sitten oft nur eine untadliche, Platonisch begeisterte Freundschaft zwischen Männern darunter verstanden und gemeint ist, und es oft auch nur Poesie und zur Gewohnheit gewordene, übliche dichterische Redeform war, ohne dass ein strafbares Verhältniss wirklich und im Ernst vorhanden gewesen wäre. Dieses darf man bei manchen Anspielungen in den Werken der Alten nicht übersehen, um ihre Mythologie und Kunst ungetrübt durch diese Störung aufzufassen; wo indessen die schreckliche Verirrung und Unnatur des sinnlichen Triebes sichtbar als eine wirkliche hervortritt, da fällt freilich jeder andre Eindruck und jede mildernde poetische Erklärung weg.

19) Iliad. vi, 5 sqq. cf. Welckeri Sappho von einem herrschenden Vorurtheil befreit p. 41. Trilogie Prometheus p. 356. 419. Mülleri Dorier II. p. 292 sqq.

que bona procreavit, conservat et per aevum conservabit. Primus enim sanctissimus Paulus, heros ille Christianus, Romanos adhortatus, turpissimum docuit esse flagitium, quod pauci antea vix suspicati, nedum publice pronuntiare conati sint: *Αἱ τε γὰρ θήλειαι αὐτῶν μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν. Ὅμοίως καὶ οἱ ἄρσενες ἀφέντες, τὴν φυσικὴν χρῆσιν τῆς θηλείας, ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν εἰς ἀλλήλους, ἄρσενες ἐν ἄρσεσι τὴν αἰδοχημοσύνην κατεργαζόμενοι καὶ τὴν ἀντιμισθίαν, ἣν ἔδει, τῆς πλάνης αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες καὶ καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα* ²⁰).

Jam denique lubet pauca addere de fortuna Mimnermi carminum, quousque eam persequi licet. Inde ab antiquissimis jam temporibus Mimnermi elegos secundis Graecorum auribus auditos esse, hinc certissime apparet, quod instar Homeri aliorumque poetarum carminum a rhapsodis publice recitabantur; namque Athenaeus: *Χαμαιλέων δ',* inquit, *ἐν τῷ περὶ Στρηιχόρου καὶ μελωδηθῆναί φησιν, οὐ μόνον τὰ Ὀμήρου, ἀλλὰ καὶ τὰ Ἡσιόδου καὶ Ἀρχιλόχου, ἔτι δὲ Μιμνέρμου καὶ Φωκυλίδου* ²¹). Hinc verisimile fit quinetiam Mimnermum, poetam atque tibicinem, sicut Xenophanes fecisse dicitur ²²), ipsum publice carmina sua recitasse, tibia, ut videtur, accinente. — Deinde quid de Mimnermo senserint aetate Alexandrina, quod ea aetate, qua litterae

20) Epist. ad Rom. I, 26 sqq.

21) Athen. XIV. p. 620. C. cf. Heynii Comment. de Rhapsodis ad Homer. II. Tom. VIII. p. 792 sqq.

22) Diog. Laert. IX, 18. *ἀλλὰ καὶ αὐτὸς (Ξενοφάνης) ἐρράψατο δει τὰ ἑαυτοῦ.*

artesque Graecorum Romam jam dudum commigraverant, quid denique seriore etiam tempore, id supra demonstratum est ex Hermesianactis, Propertii, Horatii et Grammaticorum testimoniis. Atque Solinus (XI, 16.) *Ingenia, inquit, Asiatica inclyta per gentes fuere. Poetae Anacreon, inde Mimnermus et Antimachus* etc. Sed mox tristes et obscurae intercesserunt tempestates, quas in laetissimos quosque et venustissimos flores, quorum ex Graecis hortulis suavitates odorum afflatae erant, pro inveterascente barbarie et immanitate furere non piguit. Namque teste Leone X., Pontifice Maximo, Mimnermi, Sapphonis, Bionis aliorumque carmina amatoria insano pietatis studio atque furore sacerdotum Byzantium combusta²³⁾ et, nisi quid per angustias flammam evasis, omnia deleta sunt.

Fridericus Schlegelius, qui triplicem stilum Ionicae poesis lyrae distinxit, antiquum, medium et recentiorum, in medium recepit *Mimnermum* et *Solonem*: *Solo, inquit, in poematis aequae vacat acerbitate antiqui ac luxuria recentioris stili, in Mimnermo autem candidus flos et color indolis animique Ionici, permistus quidem ille mansueta quadam animi tristitia lenique hilaritate et suavitate, perfectam assequutus esse videtur maturitatem*²⁴⁾. Ac Mimnermi quidem carminum, quae hodie supersunt, maximam partem *elegiaca* sunt, perpauca tantummodo, quae saltem perhibentur, *iambica*.

In Mimnermi carminibus elegiacis imprimis celebratum esse amorem, et veteres tradunt et fragmenta ipsa prae se ferunt. Mimnermus enim, poeta atque tibicen, flagrantissimo incensus erat desiderio *Nannonis* tibicinae, quod hisce Hermesianactis versibus elegantissime expressum est:

23) V. Alecyonii lib. *de exilio* I. p. 69. ed. Lips. cf. Fabricii Bibl. Gr. T. I. p. 733.

24) Operum T. III. p. 278.

Μίμνερμος δὲ τὸν ἡδὺν ὃς εὗρετο πολλὸν ἀνατλάς
 ἤχον καὶ μαλακοῦ πνεῦμ' ἀπὸ πενταμέτρου,
 καίετο μὲν Ναννοῦς, πολὺ δ' ἐπὶ πολλάκι λωτῷ
 κημωθεὶς, κώμους στεῖχ' ἀνακοιρανέων.
 ἤχθεε δ' Ἐρμόβιον τὸν αἰὲ βαρὺν ἡδὲ Φερέκλην
 ἐχθρὸν μισήσας, τοιάδ' ἐπεμψεν ἔπη²⁵).

Quam quidem Nannonem juvenis ille, ut res ipsa docet, non senex, ut quidam pro libidine statuerunt²⁶), tanto amore persequutus est, ut in carminibus elegiacis eximiam hujus amicae fecerit mentionem; unde, nescio an non ab ipso poeta, procul dubio tamen postea (licet jam ante aetatem Grammaticorum Alexandrinorum) Mimnermi opus quoddam poeticum *NANNΩ* inscriptum sit: hoc enim luculentissime patet ex locis, quibus laudatur *Μίμνερμος ἐν τῇ Ναννοῖ* ab Athenaeo, Strabone atque Stobaco, paucissimis quidem illis e communi incendio servatis. Hoc ipso *Nannonis* titulo, quotquot condidit Mimnermus carmina amatoria, intelligenda esse videntur: quidquid enim de Mimnermo sive aliunde constat sive ex ipsius carminum reliquiis, aut animum resipit

25) Hermesianax ap. Athen. XIII. p. 597. F. cf. XIII. p. 597. A. *Παρέλιπον δὲ καὶ τὴν Μιμνέρμον ἀλητρίδα Ναννοῖ. Hermobius* atque *Pherecles* Mimnermi rivales fuisse videntur.

26) Haec sibi fluxerunt recentiores, πολὺ, ut videtur, μόχθῳ sive λωτῷ decepti, Burretus (*Memoires de l'Acad. des Inscr. T. X. p. 292.*) imprimis, eumque sequutus Wielandius (ad Horat. Ep. I, 6, 65), enarrantes ut fabulam veram, senem ardentem a Nannone tibicina repudiatum esse. Wielandius enim, ut indulgeat quam prae ceteris in deliciis habet sententiae, eam ita expressit: *Er wurde älter als sechzig, und kränkelte noch in diesem Alter an Liebe für eine schöne junge Flötenspielerin, die ihm wenig Ursache gab, sich für ihre Güttigkeiten zu bedanken.* Grodeckius quoque, ceteroquin accuratus homo, in *hist. litt. Gr. T. I. p. 49.* et F. Schoellius in libro optimae frugis plenissimo, *hist. de la litt. Grecque T. I. p. 191.* illud commentum repetierunt.

amoris plenissimum, aut argumenta attingit ab amore saltem haud aliena et quasi degrediendi respirandique gratia intexta. Atque omnis dubitatio tolletur, si quis comparaverit Posidippi distichum, in quo Mimnermi Nanno atque Antimachi *Lyda* conjunctim proponuntur:

*Ναννοῦς καὶ Λύδης ἐπὶ χεὶ δύο καὶ φιλεράστου
Μιμνέρμου καὶ τοῦ ὁμήρου Ἀντιμάχου* 27).

Fragmenta igitur, a quibus solis de Mimnermi carminibus iudicium repeti licet, omnia, iambicis tantum exceptis, ad Nannonem pertinuisse verisimillimum videtur. Sed primo aspectu facile quisquam induci possit ad credendum, praeter hoc corpus eroticum apud Pau-

27) Bruck. Analect. T. II. p. 48. Jacobsius in animadv. ad Anth. Gr. Vol. II. P. I. p. 142 sq. *Poeta in compotatione ministrum jubet duo pocula in Nannus et Lydae honorem, totidemque in honorem Antimachi et Mimnermi infundere. ἐπὶ χεὶ δύο Ναννοῦς, ut ap. Meleagr. Ep. XCIX. ἔγχετ' αἶς Ηπειθοῦς. — In exitu versus καὶ φιλεράστου Vat. Cod. Hanc lectionem Reiskium pro genuina habuisse miror, dum vertit: „tum seorsim cujusque singula.“ Nec tamen Bruckii emendatio [φ' ἐρ' ἐραστῶν] ferenda est. Epitheton Antimachi nomini additum ostendit, Mimnermum quoque epitheto a poeta fuisse ornatum. Scribendum puto: καὶ φιλακρήτου κ. τ. λ. Hoc epitheton poetam decere apparet, qui sine amore jocisque nil jucundum censebat. Welckerus ad Theognidem p. 100. morem in aliorum salutem bibendi tangens obiter emendat καὶ φιλεράστου Μιμνέρμου, quod Codicis vestigio maxime respondet. — De Antimachi carmine, quod inscriptum erat ΑΤΑΗ, Plutarchus in Consol. Apollon. p. 184. Ἀποθανούσης τῆς γυναικὸς αὐτοῦ (Ἀντιμάχου) Λύδης, πρὸς ἣν φιλοστόργως εἶχε, παραμύθιον τῆς λύπης αὐτῷ ἐποίησε τὴν Ἑλένηαν τὴν καλουμένην ΑΤΑΗΝ κ. τ. λ. Praeter Schellenbergium in Antimachi fragmentis conferatur Anonymi diatribe de Antimacho in *Diario classico* VII. p. 232., repetita in editione Lipsiensi poetarum minorum Graecorum a Gaisfordio evulgatorum, T. III. p. 350 sqq. Similiter Philetam celebrasse *Dittin* suam atque *Hermesianactem* vel tres libros elegiacos inscripsisse de amicae nomine *Leontium* certissimum est.*

saniam disertis verbis fieri mentionem alterius carminis elegiaci, quo quidem Mimnermus pugnam Smyrnaeorum contra Gygen Lydosque descripserit; *Μίμνερμος* δὲ, ἐλεγεία εἰς τὴν μάχην ποιήσας τὴν τῶν Σμυρναίων πρὸς Γύγην τε καὶ Λυδοὺς, φησὶν ἐν τῷ προοιμίῳ θυγατέρας Οὐρανοῦ τὰς ἀρχαιοτέρας Μούσας, τούτων δὲ ἄλλας νεωτέρας εἶναι Διὸς παῖδας²⁸). Profecto haec quidem videntur, praesertim quum hujus carminis peculiare indicetur prooemium. Ante omnia demonstrandum sit, Mimnermi *Nannonem* singulare fuisse carmen, quod uno tenore, ut ajunt, fluxerit; quod quidem minus verisimile videbitur ei, qui contulerit poetas eroticos Latinos, Tibullum atque Propertium, Graecorum imitatores. Itaque *Εἰδύλλια* potius sive Eclogae, maximam partem redeuntes in sententiam amatoriam, redactae esse videntur in unum quoddam corpus, cui titulus *NANNON*. Quae quum ita sint, illos quoque elegos, quibus descripta erat pugna Smyrnaeorum contra Gygen Lydosque, ad Nannonem referendos esse verisimilius tibi videatur, perpendenti insuper, quae leguntur apud Strabonem (XIV. p. 634.): *Μίμνερμος ἐν τῇ Ναννοῖ, μνησθεὶς τῆς Σμύρνης, ὅτι περιμάχητος αἰεὶ*.

*Ἡμεῖς δ' αἰπὺν Πύλον Νηληϊὸν ἄστυ λιπόντες,
ἡμερτὴν Ἀσίην νηυσὶν ἀφικόμεθα*.


28) Pausan. IX, 29. p. 766. Eundem Mimnermi locum respicit Schol. ad Pindari Nem. III, 16., paululum tamen diversa tradens: Ἀρίσταρχος Οὐρανοῦ θυγατέρα τὴν Μοῦσαν δέδεται, καθάπερ Μίμνερμος καὶ Ἀλκμᾶν ἱστοροῦσιν. cf. Welcker. ad Alc. fragm. IX. p. 24. Ceterum Passovio Pausaniae verba aliud Mimnermi carmen, a Nannone prorsus diversum, respicere videntur: neque (sic enim pergit) obstat Strabonis locus, qui nihil aliud dicit, nisi in Nannone Smyrnae urbis mentionem (obiter) factam esse. Eadem est sententia Weberi *die eleg. Dichter der Hellenen* p. 474.

ἐς δ' ἐρατὴν Κολοφῶνα βίην ὑπέροπλον ἔχοντες
 ἐξόμεθ' ἀργαλέης ὕβριος ἡγεμόνες.
 κεῖθεν δ' Ἀλκίεντος ἀπορνύμενοι ποταμοῖο,
 θεῶν βουλῇ Σμύρνην εἴλομεν Αἰολίδα.

In hoc carmine Mimnermus historiam gentis suae enarrasse videtur inde a tempore, quo Pylīi ex Peloponneso Colophonem, deinde Smyrnam profecti sunt, usque ad pugnam Smyrnaeorum adversus Gygen Lydosque, cui describendae illa omnia quasi prooemii loco praemissa esse videntur; quin etiam Colophonis conditorem in Nannone memoratum esse Strabo testatur ²⁹⁾, *Andraemonem*, ad quem spectare videtur fragmentum XIII. Praeter hoc Weberus ³⁰⁾ sequens quoque fragmentum XIV. merito, ut videtur, retulit ad hos de Smyrnaeorum pugna elegos, Nannonis tanquam particulas quasdam.

29) l. c. Κολοφῶνα δ' Ἀνδραίων Πύλιος (κτερίζει), ὥς φησι Μιμνερμος ἐν τῇ Ναννοῖ.

30) *Die eleg. Dichter der Hellenen* p. 474.



MIMNERMOT KOLCΦΩNIOT

ΠΟΙΗΜΑΤΩΝ ΤΩΝ ΕΚ ΤΗΣ
ΝΑΝΝΟΥΣ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CHICAGO
540 EAST 57TH STREET, CHICAGO, ILL. 60637

I.

Atque animum singulis elegorum reliquiis advertenti nulla relinquetur dubitatio, quin collectioni carminum amatoriorum jure meritoque ascribi potuerit quod in Stobaei Florilegio (LXIII, 16. ed. Gaisford. p. 387. ed. Gessner.) conservatur fragmentum, meri plenum amoris ac juvenilis ardoris, licet illud simpliciter inscriptum *Μιμνέρμου*. Quod tamen majore etiam quam Stobaei auctoritate ad Mimnermum referendum esse testatur locus Horatii (Ep. I, 6, 65 sq.) illos versus attingentis:

*Si, Mimnermus uti censet, sine amore jocosque
Nil est jucundum, vivas in amore jocosque.*

*Τίς δὲ βίος, τί δὲ τερπνὸν ἄτερ χρυσέης Ἀφροδίτης;
τεθναίην, ὅτε μοι μηκέτι ταῦτα μέλοι,*

V. 1 sq. Hoc distichum laudatur etiam a Plutarcho de Virtute Morali c. 6. sine nomine auctoris, atque, ut videtur, ex memoria, ita ut prodirent variae lectiones: *Ἀκολάστων μὲν γὰρ αἶδε φωναί,*

*Τίς δὲ χάρις, τί δὲ τερπνὸν ἄνευ χρυσέης Ἀφροδίτης;
τεθναίην, ὅτε μοι μηκέτι ταῦτα μέλει.*

δὲ exhibent et Plutarch. et omnes fere Stob., uno Arsen. excepto, δαί. βίος, lectio omnium Codd. Stob. potius retinenda est, quam Plutarchi χάρις, cujus vocis vis amittitur ob sequens τερπνὸν, quum idem fere significet. — ἄτερ omnes Stob. cf. VII, 1. Plutarch. ἄνευ. χρυσέης. Recte Brunckius in Gnomiis hanc formam extractam restituit, utpote vetustiore. cf. Thiersch. Gramm. p. 238 sq. infra XIII, 6. χρυσέῳ κείναι. Homer. Il. γ, 64. Μῆ μοι δῶρ' ἐρῶτὰ πρόφερς χρυσέης Ἀφρο-

κρυπταδίη φιλότης καὶ μείλιχα δῶρα καὶ εὐνή.
ἄνθεα τῆς ἥβης γίγνεται ἀρπαλέα

δίτης. Odyss. θ, 337. εὔδειν ἐν λέκτροισι παρὰ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ. cf. 342. Enuntiaudam est, apud epicos saltem et elegiacos poetas, tanquam χρυσῆς duabus syllabis, quod imprimis apparet ex Il. α, 15. 374. Aliter rem se habere apud Lyricos docuit Boeckhius de *Metris Pindari* p. 289. cf. Passovii Lexicon v. χρύσεος. Vulg. Plutarch. et Stob. χρυσῆς.

V. 2. ὅτι μοι. Ita omnium Codd. consensu scribendum, non, ut Brunckio placuit, ὅτ' ἐμοί. Notum est Brunckii eucliticarum odium. V. Bekker. ad Theognid. 4. Deinde Plutarch. μέλει. Omnes Stob. μέλοι, et quidem recte. Namque, ut vere docuit Hermannus ad Viger. p. 920 sq, Mimnermus non optat mori, simulac senectus ipsum corripuerit, sed, si forte eveniat, quod non sperat, futurum esse, ut unquam amor operam dare nequeat, tum sibi mortem dicit expetendam fore. Euphonia quoque haec lectio tribuit versui minime aspernandam — μοι — μέλοι. Simonid. XXII, 4. ed. Gaisford.

παῖσι λιπεῖν, αὐτοὶ δ' ἐν προμάχοισι θανεῖν.

Euenus in Jacobsii Anth. Gr. V. I. p. 99.

Βάκχον μέτρον ἄριστον, ὃ μὴ πολὺ, μὴδ' ἐλάχιστον.

ἔστι γὰρ ἡ λύπης αἷτιος ἡ μανίης.

Hermesianax ap. Athen. p 597. F. ἦχον καὶ μαλακοῦ πνεῦμ' ἀπὸ πενταμέτρου. — Notum est illud Ovidianum: Quot coelum stellae, tot habet tua Roma puellas.

V. 3. καὶ μείλιχα δῶρα Κνυθήρης, conjecit Gilb. Wakef. sylv. crit. T. 3. p. 114. formam obtrudens Mimnermo, quam antiquior poesis ignorat: μελιχοφωρὰ, longe ineptius Pareus ad Musaeum, v. 290. satis jam explosus a Schrader, p. 93. a.

V. 4. Vulgo hic legebatur: ἄνθεα εἰ ἥβης. Codd. A. B. apud Gaisford. εἰ ἥβης ἄνθεα. Grotius: ἄνθεα τῆς ἥβης, cui respondet Tyrtaeus I, 28. Ὅφρ' ἄρα τῆς ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος ἔχη. cf. Thiersch. Gramm. p. 454. — Ἀρπαλέος hoc loco idem significare quod *jucundus*, *suavis*, *dulcis*, et sententiarum contextus et Lexica docent. cf. Minn. X, 8. Theognis 1353. Πικρὸς καὶ γλυκὺς ἐστὶ καὶ ἀρπαλέος καὶ ἀπηνής, ὅφρα τέλειος ἔη, Κύρνε, νέοισιν ἔρως. Sed quaeritur autem omnia, quid an-

ἀνδράσιν ἡδὲ γυναιξίν· ἐπὴν δ' ὀδυνηρὸν ἐπέλθῃ 5

sam dederit ad illam significationem constituendam, quum tamen ἀρπαλέος atque ἀρπάζω, *rapere, capere*, ad eandem radicem referenda sint. Mihi saltem hoc ita interpretandum esse videtur, ut ἀρπάζειν, quod imprimis usurpari solebat de raptu mulierum, aetate Graecorum heroica satis illo quidem frequenti, referretur ad ea, quae raptum comitantur aut consequuntur, κρυπταδὴν φιλότητα καὶ μέλιχα δῶρα καὶ εὐνήν, *effectus pro causa*. Sic Paris Helenam alloquutus ap. Homer. Il. γ, 441 sqq.

Ἄλλ' ἄγε δὴ φιλότῃ τραπέλομεν εὐνηθέντε.
οὐ γὰρ πώποτε μ' ὥδε ἔρως φρένας ἀμπεπάλυψεν·
οὐδ' ὅτε σε πρῶτον Λακεδαιμόνος ἐξ ἐρυτεινῆς
ἔπλεον ἀρπάξας ἐν ποντοπόροισι νήεσσιν,
νήσῳ δ' ἐν Κρανάῃ ἐμίγην φιλότῃ καὶ εὐνῇ.

cf. Herodot. I. init. Catull. LXVIII, 103 sqq.

*Ne Paris abducta gavisus libera moecha
Otia pacato degeret in thalamo.
Quo tibi tum casu, pulcherrima Laodamia,
Ereptum est vita dulcius atque anima
Conjugium.*

Brunck. Analect. III. p. 116. Ἀρπαμένης ἵχνια Περσεφόνης.
Ovid. Fastor. V, 699 sq.

*Abstulerant raptas Phoeben Phoebesque sororem
Tyndaridae fratres.*

Id. de Arte amandi I, 679.

*Vim passa est Phoebe, vis est allata sorori,
Et gratus raptae raptor uterque fuit.*

Transitum ab significatione genuina ad illam deductam aperuisse jam videtur Homerus Odyss. θ, 164. κερδέων ἀρπαλέων, ubi Scholia: ὠφελειῶν, ἃ ἂν τις ἀρπάσειε δι' ἡδονήν. Eustathius: ἀρπαλέα δέ, τὰ πάντ' περιποιῦντα. Significationem etymologicam respexit Weberus: *Blüthen der Jugend ja, sie gehen im Sturme dahin.*

V. 5. Vulg. ἐπεὶ δ'. A. B. ἐπεὶ τ'. Sed recipiendam esse Brunckii emendationem ad Analect. Vol. I. p. 10. atque in Poetis Gnomiis, ἐπὴν δ', monet, qui sequitur, coniunctivus ἐπέλθῃ. cf. VII, 3. Exempla vide apud Thiersch. Gramm.

γῆρας, ὃ τ' αἰσχρὸν ὁμῶς καὶ καλὸν ἄνδρα τιθεῖ,
 αἰεὶ μὲν φρένας ἀμφὶ κακαὶ τεύρουσι μέριμναι,
 οὐδ' αὐγὰς προσορῶν τέρεται ἥελίου,
 ἀλλ' ἐχθρὸς μὲν παισὶν, ἀτίμαστος δὲ γυναιξίν.
 οὕτως ἀργαλέον γῆρας ἔθηκε θεός. 10

p. 490 sq. Hermannus ad Viger. p. 929. retinendum esse statuit ἐπεὶ δ'. At satis persuadere mihi non potuit.

V. 6. Hermannus l. c. contra auctoritatem omnium librorum tacite scripsit αἰσχρὸν ὁμῶς καὶ κακὸν, i. e. *deformem simul atque malum*, quod quidem utrum ipsi auctori an typothetarum incuriae debeatur nescio. Quum tamen Codd. lectio nullo morbo laboraret, nemo medicum desiderabat. Sensus: *Simulac dura senectus accesserit, quae peraeque (ὁμῶς) vel (καὶ) pulcrum virum deformem reddit, h. e. quae nulli omnino parcat*. Nimis coacta et expressa est Schneideri interpretatio in Lexico, quasi ὁμῶς h. l. idem significet quod ὁμοῦ sive ἅμα, *τιθεῖναι ὁμῶς, eodem loco ponere*. — Praeterea memoratu digna est h. l. et III, 7. forma τιθεῖ, utpote quae vel Passovii fugerit diligentiam, secundam modo personam ex Pindar. Pyth. VIII, 14. laudantis.

V. 8. Theognis 426. μῆδ' εἰσεῖν αὐγὰς ὄξλος ἥελου. Omnes et scripti et editi libri exhibent προσορῶν, sicut infra III, 2. πτοιοῦμαι προσορῶν. Unicus Grotius προσορᾶν, quod jure Brunckius typothetae imperitiae tribuendum esse censuit.

V. 9. Tyrtaeus I, 28 sq. huic loco opponendus est:

ὄφρ' ἄρα τῆς ἡβης ἀγλαὸν ἄνθος ἔχῃ,
 ἀνδράσι μὲν θνητὸς ἰδεῖν, ἐρατὸς δὲ γυναιξίν κ. τ. λ.

Atque in suum argumentum Mimnermi conformavit sententiam Catullus LXII, 46 sq.

*Cum castum amisit polluto corpore florem,
 Nec pueris jucunda manet nec cara puellis.*

II.

Ejusdem fere argumenti alterum in Stobaei Florilegio (XCVIII, 15. p. 528.) extat fragmentum, omnium amplissimum, in quo juventutem fragilem et caducam omnisque vitae humanae imbecillitatem conqueritur poeta:

Ἡμεῖς δ', οἷά τε φύλλα φύει πολυάνθεμος ὥρη
 ἔαρος, ὅτ' ἄψ αὐγὴ αὖξεται ἡελίου,
 τοῖς ἵκελοι, κήχυιον ἐπὶ χρόνον ἄνθουσιν ἥβης

V. 1 sqq. Haec vitae humanae cum arborum foliis comparatio in omnium Graecorum ore versata esse videtur, ita ut jam Homerus Il. ζ, 146 sqq. cecinerit:

Οἷη περ φύλλον γενεή, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.
 φύλλα τὰ μὲν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δὲ θ' ὕλη
 τηλεθύωσα φύει· ἔαρος δ' ἐπιγίγνεται ὥρη·
 ὥς ἀνδρῶν γενεή ἡμῖν φύει ἡδ' ἀπολήγει.

cf. Il. χ, 462. Simonid. fragm. C. ed. Gaisford.

πολυάνθεμος omnes Codd. excepto unico A. ap. Gaisford. qui habet πολυάνθεος.

V. 2. Vulgo legitur ἔαρος, atque Grotius primus induxit formam contractam ἥρος, minus germanam in poeta vetustiore. Forma extracta ubivis extat apud Homerum, licet ita ut aequae duabus syllabis pronuntiari possit atque una. Sed Mimnermi loco similis est Hesiodicus *Erg.* 460.

Ἐαρι πολεῖν, θέρους δὲ νεωμένη οὔ σ' ἀπατήσῃ.

Mox omnes Codd. exhibent αἰψ', sed nescio an praeferenda sit Brunckii emendatio ἄψ, in sententiam hujus loci maxime quadrans. Particula ἄψ significat *retro*, et apud Homerum plerumque usurpatur de *redeuntibus*. Sensus: *In arboribus gignuntur frondes tempore verno, quando sol, a plagis australibus regressurus, inde ascendit in diversam partem.*

τερπόμεθα, πρὸς θεῶν εἰδότες οὔτε κακόν,
οὔτ' ἀγαθόν· Κῆρες δὲ παρεστήκασι μέλαιναι, 5
ἢ μὲν ἔχουσα τέλος γήραος ἀργαλέον,
ἢ δ' ἐτέρη θανάτοιο· μίνυνθα δὲ γίγνεται ἥβης
καρπὸς, ὅσον τ' ἐπὶ γῆς κίδναται ἥελιος.
αὐτὰρ ἐπὴν δὴ τοῦτο τέλος παραμείψεται ὥρης,
αὐτίκα τεθνάνεμναι βέλτιον ἢ βίοτος· 10

V. 4. πρὸς θεῶν εἰδότες οὔτε κακόν κ. τ. λ. i. e. *quum a diis nec mala nec bona acceperint*, eadem significatione, qua apud Solon. δ, 5 sq. Ὀλβον πρὸς θεῶν — ἔχειν. Spectant haec ad deorum vitam securam.

V. 5 sqq. Duplices Κῆρες extant etiam apud Theognid. 837. Δισσαί τοι πόσιος Κῆρες δειλοῖσι βροτοῖσιν κ. τ. λ.

V. 6. ἔχουσα τέλος γήραος — θανάτοιο, i. e. *quae suscepit executionem senectutis, — mortis*. Similiter Odys. v, 74. κόρυς αἰτήσουσα τέλος θαλεροῦ γάμοιο. Recte Eustathius: Τέλος γάμου ἢ ὁ γάμος περιγραφαστικῶς, ἢ ἡ τεκνοποιία. cf. ad v. 9.

V. 8. Homer. II. θ, 1. Ἴπὼς μὲν κροκόπεπλος ἐκίδνατο πᾶσαν ἐπ' αἶαν. cf. ψ, 227.

V. 9. Brunckius hoc loco et IV, 1. dedit ἐπεὶ contra auctoritatem librorum, qui omnes praebent ἐπὴν. Quod quidem temere fecit: παραμείψεται enim, vocali metrici causa correpta, ut saepius apud Homerum, positum est loco subjunctivi παραμείψεται. Ideoque emendandum quoque proposuit locum Homericum II, λ, 578. Thierschius Gramm. p. 550. ἐπὴν δὴ τὸν γε δαμάσσειται. Vulg. ἐπειδὴ. — Τοῦτο τέλος ὥρης, iterum περιγραφαστικῶς pro simplici αὕτη ὥρη, i. e. *juventus*, ut v. 6. — παραμείψεται omnes Codd. praeter A., qui exhibet παραμείψαι, quod rationibus metricis adversatur. Sensus: *Simulac juvenus commutata fuerit in senectutem*.

V. 10. In omnibus quidem Stobaei Codd. a Gaisfordio collatis extat αὐτίκα δὴ τεθνάναι. At H. Stephanus in Poetis Graecis jam omisit particulam δὴ, prorsus otiosam, quae tamen ratione metrum offenditur. Restituenda est igitur forma vetustior τεθνάνεμναι, quippe quae, temere mutata in vulgarem τεθνάναι, causa fuit, ut in ordinem irrepserit particula δὴ. Similiter apud Theognid. 181. legebatur τεθνάναι, quod Bek-

πολλὰ γὰρ ἐν θυμῷ κακὰ γίγνεται, ἄλλοθεν οἶκος
 τρυχοῦται, πενίης δ' ἔργ' ὀδυνηρὰ πέλει·
 ἄλλος δ' αὖ παιδῶν ἐπιδεύεται, ὧν τε μάλιστα
 ἱμείρων κατὰ γῆς ἔρχεται εἰς Αἶδην·
 ἄλλος νοῦσον ἔχει θυμοφθόρον, οὐδέ τις ἐστὶν 15
 ἀνθρώπων, ᾧ Ζεὺς μὴ κακὰ πολλὰ διδοῖ.

III.

Quae jam sequuntur disticha, a Stobaeo (Flor. CXVI, 33. p. 592.) disertis verbis laudantur ἐκ Μιμνέρμου Ναννοῦς *).

ἀλλ' ὀλιγοχρόνιον γίγνεται ὥσπερ ὄναρ κ. τ. λ.
 Sed tres priores versus, tribus etiam praemissis, deprehendentes praeterea in elegorum farragine, qui Theognidis nomen prae se ferunt (V. 1011 — 1016.), partim ad alios poetas referendi **): namque incerta post

kerus ex Cod. Mut. emendavit τεθνάμεναι, cf. Tyrtaeus I, 1. Τεθνάμεναι γὰρ καλὸν κ. τ. λ.

V. 11. Quod in editione Trinc. legitur καλὰ, haud dubie typographetae ascribendum. Extremo versu plerique ἄλλοτε τ' οἶκος, Cod. A. omittit τ', Grotius et Brunckius dederunt δ', quod nescio num germanum sit. In hac diversitate ad emendationem confugere licet. Scribendum igitur conjicio levi litterarum immutatione, ἄλλοθεν, quod opponatur praecedenti ἐν θυμῷ. Alia senectutis sunt mala in ipso animo collocata, alia extrinsecus irrumpentia.

V. 12. τρυχοῦται, forma rarior a τρυχώω, unde Part. Praet. τετρυχωμένος etc. Loquutio οἶκον τρύχειν frequens est apud Homer. Odyss. α, 248. π, 125. — πενίης. Vitiose Cod. A. περὶ ἧς.

V. 16. διδοῖ MS. Brunckii. Vulg. διδῶ.

*) Sic enim Cod. A. simpliciter Μιμνέρμου ed. Trinc.

**) Plura de hac re diximus ad Solonem p. 18 sqq.

Christum aetate nescio quem ad usum ab homine quodam instituta esse videtur collectio particularum elegiacarum, quae, quum maximum partem Theognidis essent, postea omnes huic poetae attribuerentur. Illos tamen, quos laudavimus, elegos ascribendos esse Mimnermo, et vegetus versuum color et Stobaei auctoritas declarat. Itaque et iis, qui apud Stobaeum, et qui apud Theognidem extant, versibus in unum redactis, hoc prodit octastichum:

*Αὐτίκα μοι κατὰ μὲν χροίην ῥέει ἄσπετος ἰδρώς,
πτοιούμαι δ', ἐσορῶν ἄνθος ὀμηλικίης*

V. 1. Brunckius rursus pro suo encliticarum odio dedit *αὐτίκ' ἐμοί*. Codd. *αὐτίκα μοι*.

V. 2 sqq. *Πτοιούμαι* (Mut. ap. Bekker. *πτοιῶμαι*) Schneiderus in Lex. hoc loco laudato reddidit *ich zage*; Passovius *sich in heftiger Leidenschaft befinden, bes. von leidenschaftlicher Liebe*. Sed fortasse perpetuitas orationis flagitat significationem *dolendi*, *sollicitudinis*, *animi moeroris*, quae quidem proficiscitur ex vetustiore significatione *timendi*. Homer. Odyss. χ, 298. *τῶν δὲ φρένες ἐπτοίηθεν*. Scholia vulg. *ἐν εὐλαβείᾳ καὶ φόβῳ ἐγένοντο*. Eustathius duplicem lectionem proferens: *Τῶν δὲ φρένας ἐπτοίησε, τουτέστιν ἐπτόησεν, ἢ καὶ ἄλλως, τῶν δὲ φρένες ἐπτοίηθεν, τουτέστιν εὐλαβήθησαν, ἐπτοίηθησαν*. Quae deinde dicit, etiam in hunc locum quadrant: *Τὸ δὲ ἐπτοίησεν ἐξ ἀνάγκης τῇ οὐ διεφθόγγῳ διὰ μέτρον προπαράλγεται, γινόμενον ἐκ τοῦ πτωῶ· ὥσπερ γὰρ οὐδὲ τὸ ἡγνόησεν, οὕτως οὐδὲ τὸ ἐπτόησε χρησιμὸν εἰς μέτρον Ὀμηρικόν*. Weberus: *Und ich erbebe, den Reiz blühender Jahre zu sehn*. — Nimirum sensus totius loci hic esse videtur: *Doleo, ubi aspicio juventutem suavem peraeque ac venustam, quod ea tam fragilis, tam caduca est, quum tamen diutius permanere deberet*. Est autem Anacoluthon in his versibus, ita constituendum: *Πτοιούμαι — ὅτι τὸ ἄνθος τῆς ὀμηλικίης οὐκ ἔστι μακροῦ χρόνου, ἐπεὶ (licet) πλέον ὄφελεν εἶναι, ἀλλ' ὀλιγοχρόνιον γίνεται κ.τ.λ. Πλέον ὄφελεν εἶναι significat: longior (sc. juventus) esse debebat, i. q. diutius permanere debebat, juventuti amplius vivendi spatium assignan-*

τερπνὸν ὁμῶς καὶ καλὸν, ἐπεὶ πλεόν ὥφελεν εἶναι,
 ἀλλ' ὀλιγοχρόνιον γίγνεται, ὥσπερ ὄναρ,
 ἥβη τιμήεσσα, τὸ δ' ἀργαλέον καὶ ἄμορφον 5
 γῆρας ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτίχ' ὑπερκρέμαται,
 ἐχθρὸν ὁμῶς καὶ ἄτιμον, ὃ τ' ἄγνωστον τιθεῖ
 ἄνδρα,
 βλάπτει δ' ὀφθαλμοὺς καὶ νόον ἀμφιχυθέν.

IV.

In Stobaei Florilegio (CXVI, 1. p. 590.) legitur distichum, quod vulgo quidem atque in plerisque libris assignatur *Mimnermo*, in unico tamen Codice A. in-

dum erat. Namque πλεόν, forma comparativa, eadem significatione usurpatur, qua positivus πολὺς in formula πολὺν χρόνον de longo tempore. Illam vero propriam esse significationem, ex sequenti versu apparet, qui oppositus est sententiae, ἀλλ' ὀλιγοχρόνιον κ. τ. λ. Bekkerus: *Vineti editio* [cum *Hamb.*] καλὸν ἐπὶ πλεόν ὥφελεν εἶναι, pulcrum diutius debebat esse. SYLBURG. Mut. et Vat. ὥφειλεν.

- V. 4. Similes sententias collegit Jacobs. ad Antholog. Gr. V. p. 340. — Vatic. ap. Bekker. ὀλιγοχρόνιος, quod referatur ad ἥβη. Sed plerique ὀλιγοχρόνιον, ad ἄνθος, ita ut ἥβη quasi appositio sit ad sententiam paululum obscuram sublevandam.
- V. 5. ἀργαλέον omnes ap. Stob. sed ap. Theogn. οὐλόμενον, nihil nisi glossema prioris lectionis.
- V. 6. Sic ap. Stobaeum. sed inverso ordine ap. Theognid. αὐτίχ' ὑπὲρ κεφαλῆς γῆρας ὑπερκρέμαται, verborum dispositione minus elegante.
- V. 7. Sic omnes excepto A. ὅταν γνωστὸν τιθῇ. Vido supra ad I, 6.
- V. 8. Sensus: *Senectus circumfusa et oculorum et mentis aciem hebetem reddit*

scribitur *Μενάνδρου*, haud dubie ex levi nominum immutatione.

*Τὸ πρὶν εὖν κάλλιστος, ἐπὴν παραμείπεται ὥρη,
οὐδὲ πατὴρ παῖδιν τίμιος οὔτε φίλος.*

V.

Apud eundem Stobaeum (CXVI, 53. p. 592.) extat distichum, ex corruptae scripturae vestigiis ita inscribendum, *Ἐκ Μιμνέρμου Ναννοῦς* *).

*Τιθωνῇ μὲν ἔδωκεν ἔχειν κακὸν ἄφθιτον ὁ Ζεὺς,
γῆρας, ὃ καὶ θανάτου ῥίγιον ἀργαλείου.*

VI.

Constat Solonem Mimnermi versiculis, quibus aetatem usque ad sexagesimum annum sine morbis et curis peragendam sibi exoptaverit, alia opposuisse disticha **): atque Diogenes Laërtius (I, 60.) servavit ipsius Mimnermi distichum hocce:

IV, 1. 2. Sensus: *Licet antea pulcherrimus fuerit, appropinquante senectute ne pater quidem liberis suis est honoratus neque carus.* — φίλος omnes Codd. excepto unico Voss. φίλοις.

*) Cod. A. *Μιμνέρμου νάννου*. Gessnerus in margine: *Mimnermi νάννου*. Grotius: *Mimnermus Nannus*.

V, 1. ἔχειν] *σχεῖν* A. Voss. Trinc. In fine versus ὁ Ζεὺς deest A. B. Voss. ὁ om. Trinc. GAISFORD.

**) Vide ad Solon. p. 31 sq. Welcker. ad Theognid. pag. LXXXIII sqq.

Αἶ γὰρ ἄτερ νόσων τε καὶ ἀργαλέων μελεδόνων
ἐξηκονταέτη Μοῖρα κίχοι θανάτου.

Praeter ea, quae in hoc Mimnermi distichum scripsit Solo, Plutarchus (Comp. Solonis et Popl. c. 1.) binos etiam exhibet versus in eundem Mimnermum, de aetate humana canentem: Ἔτι τοίνυν, ἂ τοῖς περὶ Μίμνερμον ἀντειπὼν περὶ χρόνου ζωῆς ἐπιπεφώνηκε (Σόλων).

Μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ
φίλοισιν

καλλεῖποιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς,
εὐδαιμόνα τὸν Ποπλικόλαν ποιεῖ κ. τ. λ. Quod quidem versuum par si in Mimnermi sententiam accommodabis, hoc fere erit:

Ἀλλὰ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι, οὐχὶ
φίλοισιν

καλλεῖποιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς.

Haec sententia Mimnermi, dubito an non ipsissima verba. Fortasse Ennio (apud Ciceron. Tusc. I, 49.) Mimnermi sententia obversabatur, ita canenti:

Mors mea ne careat lacrimis: linquamus amicis

Moerorem, ut celebrent funera cum gemitu.

VII.

In Anthologia Palatina laudatur distichum, cujus in fronte *Mimnermi* nomen scriptum est:

VI, 2. ἐξηκονταέτη. Sic Codd. Menagius et Gaisfordius conjecterunt ὀγδοκονταέτη. Sed explices mihi velim, quomodo haec conjectura quadret in Mimnermi sententiam, senectutem rebus maxime horrendis annumerantis: Ἰῆρας ὃ καὶ θανάτου ῥίγιον ἀργαλέον. Cf. ad Solon. κá, 4. Weberus quoque, die Eleg. Dichter der Hell. p. 479. recte tuitus est lectionem librorum.

Τὴν σ' αὐτοῦ φρένα τέρπε, δυσηλεγέων δὲ
πολιτῶν

ἄλλος τίς σε κακῶς, ἄλλος ἄμεινον ἐρεῖ *).

Sed idem distichum, altero praemisso, extat etiam apud Theognidem (791 — 794.), ita ut augeantur Mimnermi reliquiae:

Μῆτε τινὰ ξείνων δηλεύμενος ἔργμασι λυγροῖς,
μήτε τιν' ἐνδήμων, ἀλλὰ δίκαιος εἶν,
τὴν σ' αὐτοῦ φρένα τέρπε, δυσηλεγέων δὲ πολιτῶν
ἄλλος τίς σε κακῶς, ἄλλος ἄμεινον ἐρεῖ.

Welckerus ad Theognidem pag. XCIX. hoc loco putat Mimnermi distichum cum sententia Theognidea combinatum. Sed cur non utrumque distichum Mimnermi esse potest, praesertim quum alia quoque Mimnermi disticha Theognidis farragini inserta sint? cf. idem p. CIII. CX.

VIII.

Stobaei Florilegium (XI. 1. p. 136.) exhibet sesquistichum:

ἀληθείη δὲ παρέστω
σοὶ καὶ ἐμοὶ, πάντων χρῆμα δικαιοτάτον.

*) Anthologia Palat. ed. Jacobs. IX, 50. Planud. I, 89. Analect. Brunck. I, 62.

VII, 1. Bekkerus disjunctim scripsit *Μὴ τέ τινα*. Deinde dedit *ξείνων* ex Cod. Mut. quae quidem lectio quum respondeat sequentis versus genitivo *ἐνδήμων*, haud dubie praeferenda est. Vulg. *ξείνον*.

3. *τὴν σ' αὐτοῦ*. Sic Bekkerus primus scripsit. Haec enim forma disjuncta germana et antiquissima est. Homer. II. ζ, 490. *τὰ σ' αὐτῆς ἔργα κόμιζε*. cf. Odyss. α, 356. ζ, 185. *τὰ σ' αὐτοῦ κήδε' ἐνισπῇ*. Vulg. *τὴν σαντοῦ*. δὲ Vulg. *τε* Vat.

quod Franciscus Passovius ad Mimnermum referendum esse primus vere perspexit *). In optimo, quem Gaisfordius ad editionem suam adhibuit, Codice Regio Parisiensi A. praeposita est. inscriptio *Μενάνδρου Ναννοῦς*, in editione Gessneri *Menandri in Nannis*, Schowius *Μενάνδρου ἐν Νάννοις*. Sed nusquam memoratur Menandri fabula, *Ναννώ* inscripta **), neque intelligitur, quomodo in comoediam irrepserint versus elegiaci. Hoc jam offenderat Hugonem Grotium (p. 76.), qui ex conjectura reposuit lemma *Theognidis*, eumque sequutus Brunckius ***) atque Schweighaeuserus †).

*) Ad Bekkeri Teognid. 1227. Hodie quoque ipsi acceptam esse illam sententiam litteris ad me scripsit.

**) Menandri fabula est *Φάνιον* (v. Meinekium ad Fragm. p. 173.), si quidem fides habetur Schweighaeuseri emendationi ad Athen. p. 567. c. sive potius *Φαννώ*, cui magis accedunt diversae scripturae vestigia: nimirum l. c. et MSS. et edd. *Καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ, ὧ ἡναίδες, δράματα ἀπὸ ἑταιρῶν ἔσχε τὰς ἐπιγραφὰς — Μενάνδρου δὲ θαῖς καὶ Φάννιον κ. τ. λ.* p. 171. a. Cod. A. *ἐν Φανίῳ*, edd. *ἐν Φανίᾳ*, p. 314. b. omnes *Μένανδρος ἐν Φανῷ*. Ex his Codd. vestigiis eliciendum videtur *Φαννώ*, quacum forma alii Comoediarum tituli consentiunt, *Σαπφώ*, *Κοριαννώ* (Pherecratis) etc. Praeterea etiam *Νάννιον* quaedam memoratur *ἑταιρίστρια* Samia (τοιαύτας γὰρ ἐν Λέσβῳ λέγουσι γυναῖκας, ὑπὸ μὲν ἀνδρῶν οὐκ ἐθέλουσας αὐτὸ πάσχειν, γυναῖξί δὲ αὐτὰς πλησιαζούσας, ὥσπερ ἄνδρας. Lucian. Meretr. Dial. V. p. 289.) apud Asclepiadem in Antholog. Gr. Vol. I. p. 148.

*Αἱ Σάμιαι Βιττῶ καὶ Νάννιον εἰς Ἀφροδίτης
φοιτᾶν τοῖς αὐτῆς οὐκ ἐθέλουσι νόμοις·
εἰς δ' ἕτερ' αὐτομολοῦσιν, ἃ μὴ καλὰ. θεοπότι Κύπρι,
μίσει τὰς κοίτης τῆς παρὰ σοὶ φυγάδας.*

cf. Jacobs in Animadvv. Vol. I. P. 2. p. 40.

***) Ad Theognid. 1179. Ille enim versiculos utique in Theognid. editionem recepit.

†) Ad Athen. l. c. Opinatus est enim, Grotium lenius suum ex Cod. Paris. decerpisse.

Sed hoc fecerunt sine ullo Codicum vestigio. Multo certius igitur Passovius cum eoque consentientes Gaisfordius *) et Meinekius **) ob vocem *Ναννοῦς* in Cod. A. appositam nomen *Μενάνδρου* in *Μιμνέρμου* commutandum esse statuerunt: facilis fuit enim haec immutatio, altero quoque ejusdem Mimnermi exemplo apud Stobaeum comprobanda (V. ad Fragm. IV.).

IX.

Athenaeus XI. p. 470. a. b. *Μίμνερμος δ' ἐν Ναννοῖ ἐν εὐνῇ φησὶ χρυσοῦ κατεσκευασμένην πρὸς τὴν χρεῖαν ταύτην ὑπὸ Ἡφαιστού τὸν ἥλιον καθεύδοντα περαιοῦσθαι πρὸς τὰς ἀνατολάς· αἰνισσόμενος τὸ κοῖλον τοῦ ποτηρίου· λέγει δ' οὕτως·*

*Ἥελιος μὲν γὰρ ἔλαχεν πόνον ἡματα πάντα,
οὐδέ κοτ' ἄμπαυσις γίγνεται οὐδεμία
ἵπποισιν τε καὶ αὐτῷ, ἐπὴν ῥοδοδάκτυλος Ἥως,
Ὠκεανὸν προλιπούς, οὐρανὸν εἰσαναβῇ·*

*) Ad Poetas min. Gr. T. I. p. 425. Stob. Florileg. l. c.

**) Fragm. Menandri p. 305.

IX. Eandem de Solis navigatione nocturna narrationem habemus apud Stesichor. III, 1. ex Geryoneïde et apud Pherecyd. p. 109. Sturz. Conf. Jo. Henr. Vossii mythol. Briefe T. I. p. 188. T. II. p. 156. et Weberus, die Eleg. Dichter der Hell. p. 480. 653.

2. Reposuimus οὐδέ κοτ', Ionice. cf. XII, 1.

3. ῥοδοδάκτυλος Ἥως hoc loco non significat *auroram*, sed (ut rectissime interpretatur Schweighaeuserus) *rubeum colorem*, qui occidente sole coelum colorat. Opponitur autem infra versu 10. *Aurora Ἥως ἡριγένεια*. Idemque Schweighaeuserus annotavit ἥως primitiva notione nonnisi *splendorem* significare, col-

τὸν μὲν γὰρ διὰ κῦμα φέρει πολυήρατος εὐνή, 5
 κύλλη, Ἰφαιίστου χερσὶν ἐληλαμένη
 χρυσοῦ τιμήεντος, ὑπόπτερος, ἄκρον ἔφ' ὕδωρ

lato Etymolog. M. p. 440. Attamen si quis rationes etymologicas spectaverit, formas ἥως, αἶως, αὐώς, *aurora*, ἥρι, αὔριον, εὔρος ad eandem radicem redire sibi persuadebit. Vid. Buttmanni Lexilog. I. p. 120. Quod idem profert p. 121. not. ad hunc praecipue locum pertinet: *Dass 'Hōs als Person bei den Dichtern ἡριγένεια heisst, beweist nur, dass man diese Ableitung des Wortes ἥρι, wie begreiflich, längst wieder aus den Augen verloren hatte.* Etenim sensus hujus loci ut hicce: *Ne tunc quidem Soli concessum est otium, quum rubor coeli vespertini ex Oceano ascendit, licet omnes quieti indulgeant: namque per mare invehatur necesse est orientem versus, ut postridie, aurora praegrediente, denuo cursum ineat.*

V. 5 sq. Vulgo apud Athenaeum εὐνή κοίλη. Sed legendum est haud dubie: εὐνή, κύλλη, ex vestigio quodam apud Eustathium ad Odyss. ι, 347. (p. 1632, 28. ed. Rom.) *Μίμνερος ἐξ, φασί, τὸ τοῦ ἡλίου καλούμενον ποτήριον εὐνήν κύλην εἶπεν, Ἰφαιίστου χερσὶν ἐληλαμένην, τῶν δὲ τοιαῦτα εἰπόντων ἐπὶ μεγάλοις ποτηρίοις ἀοτειότερον ἔφρασεν ὁ γράψας οὕτω· νή τὸν οὐρανὸν ὑπερήφανοι κρατῆρες, ἀργυροὶ κάδοι καὶ μεῖζονες ἐμοῦ.* Quum autem in voce κύλη syllaba prior correpta esset, littera λ duplicanda erat, ita ut evaderet κύλλη; quod quam facile commutari potuerit in κοίλη, quilibet perspiciet. Κύλη i. q. κύλιξ, proprie spectans ad omnem rem inflexam, sive concavam sive convexam (κύλινδρος), inde accepit significationem calicis, vel potius h. l. paterae, ut similis sit cymbae. Atque ipsius Athenaei interpretatio ad illam lectionem perducit: αἰνισσόμενος τὸ κοῖλον (quod ausam praebuisse videtur ad vulgatam κοίλη) τοῦ ποτηρίου.

V. 7. εὐνή — χρυσοῦ, i. e. εὐνή χρυσέη. Homer. Il. ν, 270 sqq.
 ἐπεὶ πέντε πτύχας ἥλαος Κυλλοποδίων,
 τὰς δύο χαλκείας, δύο δ' ἑνδοῦθεν κασσιτέροιο,
 τὴν δὲ μίαν χρυσέην. —

ὑπόπτερος, emendatio est Heynii, eximii philologi, ad Apollodor. p. 394 sq. ita ut referatur ad εὐνή. Vulg. ὑπόπτερον, ad Solem, quod minus placet. Quam saepissime permutantur

εὐδονθ' ἀρπαλέως, χώρου ἀφ' Ἑσπερίδων
 γαῖαν ἐς Αἰθιόϊων, ἵνα οἱ θοὸν ἄρμα καὶ ἵπποι
 ἐστᾶσ', ὅφρ' Ἡὼς ἡριγένεια μόλῃ. 10
 ἐνθ' ἐπέβη ἑτέρων ὀχέων Ἐπερίονος υἱός.

X.

Strabo I. p. 127. Εἰ δ' ὥσπερ ὁ Σκίψιός φησι παραλαβὼν μάρτυρα Μίμνερμον, ὅς, ἐν τῷ Ὠκεανῷ ποιήσας τὴν οἴκησιν τοῦ Αἰήτου, πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς ἐκτὸς πεμφθῆναι φησιν ὑπὸ τοῦ Πελίου τὸν Ἰάσονα καὶ κομίσαι τὸ δέρος, οὗτ' ἂν ἐπὶ τὸ δέρος ἐκεῖσε πομπὴ πιθανῶς λέγοιτο εἰς ἀγνώτας καὶ ἀφανεῖς τόπους· οὗθ' ὁ δι' ἐρήμων καὶ ἀοίκων καὶ τῶν κατ' ἡμᾶς τοσοῦτον ἐκτετοπισμένων πλοῦς, οὗτ' ἐνδοξος, οὔτε πασιμέλων.

Οὐδέ κοτ' ἂν μέγα κῶας ἀνήγαγεν αὐτὸς Ἰήσων
 ἐξ Αἴης, τελέσας ἀλγινόεσσαν ὁδόν,

litterae M et Σ, primitus eadem fere nota expressae, nemo ignorat, etiamsi extremis tantummodo, ut dicunt, digitis attigerit palaeographiam Graecam.

V. 8. In MS. A. post εὐδονθ' perperam ὅθ' inseritur. Deinde: Perperam χοροῦ MS. A., quod non admittebat metri ratio. SCHWEIGH. χώρου ἀφ' Ἑ. cohaeret cum praecedente φέρει.

V. 10. ἐστᾶσ'. Sic primum emendavit Brunckius in Analectis (ubi tamen errore typographico spiritus lenis excusus est) lectionem vulg. ἰστᾶσ'. De forma illa syncopata v. Buttmann. Gramm. II. p. 14. Sententia flagitat tempus perfectum verbi ἰστάναι.

X, 1. Οὐδέ κοτ' ἂν. Sic legendum auctore R. Porsono Adversar. p. 311. Sic etiam Callinus I, 1. κότ' ἄλκιμον ἐξετε θυμόν; Vulg. οὐδ' ὁκόταν. Hermannus ad Viger. p. 924 sq.

ὑβρισιῇ Περίῃ τελέων χαλεπηρὲς ἄεθλον,
οὐδ' ἂν ἐπ' Ὀκτανῶ καλὸν ἵκοντο ῥόον.
καὶ ὑποβάς,
Αἰήταο πόλιν, τόθι τ' ὠκέος ἡελίοιο
ἀκτῖνες χρυσέῳ κείαται ἐν θαλάμῳ,
Ὀκτανοῦ παρὰ χεῖλ' ἐς, ἵν' ὥχετο θεῖος Ἴήσων.

Videndum, ne quid ante corrigatur, quam quis sensum verborum diligenter perpenderit. Nam sane non utique ferri particula ἂν potest, veluti in isto Mimnermi versu,

οὐδ' ὁπόταν μυστὰ κῶας ἀνίγαγεν αὐτὸς Ἴήσων,
in quo quum Brunckius in appendice adnotationum ad Apollonium I, 4. μέγα pro μετὰ reponendum videret, tamen nullum remedium alteri vitio, quod est in particula ὁπόταν, attulit. Nemo vero, nisi qui non inspectis locis phrases, non locos ipsos emendare satis habebit, quidquam aliud hic restitui velit, quam quod ultimus hujus fragmenti versus etiam flagitare videtur:

Οὐδέ ποτ' ἂν μέγα κῶας κ. τ. λ.

cf. Herm. ad Orphic. Argonaut. 9. Thierschius in Actis Monac. I. p. 209. conjecit ὅτε δῆ, in indice scribendum potius ὁκότ' ἄρ proposuit. μέγα κῶας spectat ad auratam pellem. Odys. μ, 69 seqq.

*οἷη δὴ κείνη γε παρέπλω ποντοπόρος νηῦς,
Ἄργῳ πυσιμέλονσα, παρ' Αἰήταο πλέουσα·
καὶ νῦ καὶ τὴν ἔνθ' ὄνα βάλεν μεγάλας ποτὶ πέτρας,
ἀλλ' Ἥρη παρέπεμψεν, ἐπεὶ φίλος ἦεν Ἴήσων.*

V. 3. χαλεπηρὲς. Sic Coraës. Similiter adjectiva ἀκηδής, θεοειδής, εὐτελής, ἡμιδαής etc. Vulg. χαλεπήρες.

V. 4. οὐδ' ἂν. Libri omnes. Attamen ut haec verba cum primi versus lectione vulg. οὐδ' ὁκόταν consentientia redderet, Is. Casaubonus maluit εὐτ' ἂν, quando.

V. 7. χεῖλ' ἐς, ἵν' ὥχετο. Sic discernenda sunt verba. Med. 1. 2. χεῖλ' ἐς ὥχετο. In Paris. 1. desunt verba ἵν' ὥχετο θ. Ἰ. et punctis notantur in Par. 2. sed alia manu. — ἵνα, sicut Lat. quo, significat ad quem locum. Odys. δ, 821. ἵν' οἴχεται. ζ, 55. ἵνα μιν κάλειον Φαίηκες ἀγνοῖ.

XI.

Pausanias IX, 29. p. 766. *Μίμνερμος δὲ ἐλεγεία εἰς τὴν μάχην ποιήσας τὴν τῶν *) Σμυρναίων πρὸς Γύγην τε καὶ Λυδοὺς, φησὶν ἐν τῷ προοιμίῳ θυγατέρας Οὐρανοῦ τας ἀρχαιοτέρας Μούσας, τούτων δὲ ἄλλας νεωτέρας εἶναι Διὸς παῖδας **).*

XII.

Strabo XIV. p. 634. *Μίμνερμος ἐν τῇ Ναννοῖ μνησθεὶς τῆς Σμύρνης, ὅτι περιμάχητος αἶε·*

*Ἡμεῖς δ' αἰπὺ Πύλον Νηληϊὸν ἄστυ λιπόντες
ἱμερτὴν Ἀσίην νηυσὶν ἀφικόμεθα·
ἐν δ' ἐρατὴν Κολοφῶνα βίην ὑπέροπλον ἔχοντες
ἐζόμεθ', ἀργαλέης ὕβριος ἡγεμόνες.*

*) Ex conjectura reposuimus articulum τῶν, in editionibus omissum.

**) Hunc locum respicit etiam Schol. ad Pindari Nem. III, 16. *Καὶ ὁ μὲν Ἀρίσταρχος Οὐρανοῦ θυγατέρα τὴν Μοῦσαν δέδεικται, καθάπερ Μίμνερμος καὶ Ἀλκμᾶν ἰστοροῦσιν. cf. Welcker. ad Alcm. Fragm. IX. ad Solon. δ, 1.*

XII, 1 sq. Haec spectant ad vetustissimas ex Peloponneso in Asiam minorem migrationes, Heraclidarum recessu inuicem commotas. — *Ἡμεῖς δ' αἰπὺ Πύλον.* Sic vulg. et quidem recte. Codd. Med. 3, 4. *Ἡμεῖς αἰπὺ τε Π.* quod metro repugnat. Homer. Il. 2, 682. *καὶ τὰ μὲν ἡλασάμεσθα Πύλον Νηληϊὸν εἶσω.*

V. 3. Biblioth. crit. P. II. p. 32. *Corrigendum est: 'Ες δ' ἐρατὴν κ. τ. λ. Quod enim vulgo legitur 'Ες δ' ἄρα τὴν nemo facile ferat; friget, ultra quam dici potest, articulus*

κεῖθεν δ' Ἀλήεντος ἀπορνύμενοι ποταμοῖο, 5
θεῶν βουλῇ Σμύρνην εἶλομεν Αἰολίδα.

XIII.

Strabo l. c. paulo supra: Κολοφῶνα δ' Ἀνδραίμων Πύλιος [κτίζει], ὥς φησι καὶ Μίμνερμος ἐν τῇ Ναννοῖ. Ad hunc *Andraemonem Pylum* referendi esse

τὴν. — Conf. Tyrt. I, 28 Notate digna est structura ἔζεσθαι ἐς Κολοφῶνα, in Lexicis praetermissa, quasi supplendum sit ἐς Κολοφῶνα ἀφικόμενοι.

V. 5 sq. Pausanias VII, 5. init. Σμύρναν δὲ ἐν ταῖς δίδεκα πόλεσιν οὖσαν Αἰολέων, — Ἴωνες ἐκ Κολοφῶνος ὀρμηθέντες ἀφελόμενοι τοὺς Αἰολεῖς ἔσχον. cf. Herodot. I, 150. — δ' Ἀλήεντος. Sic corrigendum esse videtur ex diversis scribendi generibus, Falconeri et Coraïs δ' Ἀστύεντος, Cod. Paris. 1. et Med. 4. διαστήεντος, Par. 4. δι' ἀστήεντος, Med. 3. δ' ἀναστάντες. Pausanias VIII, 28, 2. Ἀλεντος δὲ τοῦ ἐν Κολοφῶνι καὶ ἐλεγείων ποιηταὶ τὴν ψυχρότητα ἄδουσιν. Tzetzes ad Lycophr. 868. Ἀλεντος ποταμοῦ Κολοφῶνος. Constituenda est igitur Bruuckio auctore forma nominativi Ἀλήεις, Gen. Ἀλήεντος, contr. Ἀλῆς, Ἀλῆντος, sive Ἀλῆς; unde Plinius H. N. V, 30. fluvium Latine fecit *Halesum*. Ab *Epheso*, inquit, *Manteium* aliud *Colophoniorum* et inter ipsa *Colophon*, *Haleso* affluente. Itaque apud Pausaniam et Tzetzen reponendum est sive Ἀλῆντος sive Ἀλῆντος. — κεῖθεν — ἀπορνύμενοι. Homer. II. ε, 105. ἀπορνύμενον *Λυκίηθεν*. Genitiv. Ἀλήεντος ποταμοῖο appositio est adverbii κεῖθεν, quod sic magis illustrandum erat.

V. 6. Σμύρνην scribendum pro vulg. Σμύρναν. Mendose Cod. Paris. 4. Σμύρνας. — εἶλομεν. Sic emendarunt Coraës et Gaisfordius: quod quidem facile transire potuit in librorum lectionem εἶδομεν, si pependerit crebram permutationem litterarum Δ et Λ. cf. ad Solon. δ, 50.

videntur elegi, qui in Stobaei Florilegio VII, 12. p. 87. Mimnermo ascribuntur.

Οὐ μὲν δὴ κείνου γε μένος καὶ ἀγήνορα θυμὸν
τοῖον ἐμεῦ προτέρων πένθομαι, οἳ μιν ἴδον
Λυδῶν ἱππομαχῶν πυκινὰς κλονέοντα φάλαγγας
Ἑρμιον ἀμπεδίον, φῶτα φερεμμελίην.
τοῦ μὲν ἄρ' οὔποτε πάμπαν ἐμέμψατο Παλλὰς
Ἀθήνη 5
δριμὺ μένος κραδίης, εὖτ' ἂν ἀνὰ προμάχους
σεύηθ', αἵματόεντος ἐν ὕσμινῃ πολέμοιο
πικρὰ βιαζόμενος δυσμενέων βέλεα.
οὐ γάρ τις κείνου δηῖων ἔτ' ἀμεινότερος φῶς
ἔσκεν ἐποίχεσθαι φυλόπιδος κρατερῆς 10
ἔργον, ὅτ' ἀνγαῖσιν φέρετ' ὠκέος ἡελίοιο.

XIII, 2. ἴδον. Cod. A. εἶδον, quod metro adversatur.

V. 4. Ἑρμιον ἀμπεδίον, i. e. ἀνὰ Ἑρμιον πεδίον. Vulgo legitur Ἑρίμιον, Gessneri margo et A. ex emendatione praebent Ἑρμιον. Strabo XV. p. 691. Νέαρχος δὲ περὶ τῆς ἐκ τῶν ποταμῶν ἐπιχοῆς παραδείγματα φέρει τὰ τοιαῦτα, ὅτι καὶ τὸ Ἑρμου καὶ Καῦστρου πεδίον, καὶ Μαιάνδρου καὶ Καῖκου παραπλησίως εἴρηται διὰ τὴν ἐπιφορομένην τοῖς πεδίοις χοῦν αὔξειν αὐτά· μᾶλλον δὲ γεννᾶν ἐκ τῶν ὀρῶν καταφερομένην, ὅση εὐγείως καὶ μαλακῇ· καταφέρειν δὲ τοὺς ποταμοὺς, ὥστε τούτων ὡς ἂν γεννήματα ὑπάρχειν τὰ πεδία. Deinde comparatur Herodoti narratio de Nilo. cf. XIII. p. 626. Ἀπτεται δὲ καὶ Μυσίας ὁ Ἑρμος, ἐξ ὄρους ἱεροῦ τῆς Λινδιμῆνης· καὶ διὰ τῆς κατακεκαυμένης εἰς τὴν Σαρδιανὴν φέρεται κατὰ τὰ συνεχῆ πεδία, ὡς εἴρηται, μέχρι τῆς θαλάττης. Ὑπόκειται δὲ τῇ πόλει τὸ τε Σαρδιανὸν πεδίον καὶ τὸ τοῦ Κύρου καὶ τὸ τοῦ Ἑρμου καὶ τὸ Καῦστρινόν, συνεχῆ τε ὄντα καὶ πάντων ἄριστα πεδίων. — Ceterum nescio, cur Valckenarius, referente Gaisfordio, librorum lectionem φερεμμελίην commutandam proposuerit in φέρ' εὐμελίην.

V. 6 sq. Cod. A. εὖθ' ὅτ' ἀνὰ προμάχους σεύηθ' αἵματόεντοι
ὕσμινῃ πολέμοιο. Unde Gaisfordius restituit: ἔσθ' ὅτ' ἀνὰ
προμάχους σεῦ, ἥδ' αἵματόεντος ἐν ὕσμινῃ πολέμοιο. At sin-

XIV.

Athenaeus IV. p. 174. *Δημήτριος ὁ Σκήψιος* — *ἱστορεῖ καὶ τῷ τετάρτῳ καὶ εἰκοστῷ τῆς αὐτῆς πραγματείας (τοῦ Τρωϊκοῦ διακόσμου) Δαίταν ἥρωα τιμώμενον παρὰ τοῖς Τρωσὶν, οὗ μνημονεύειν Μίμνερμον **). Huc pertinere videtur ver-

gularis est copulatio particularum *ἔσθ' ὅτε*, quum tamen *ἔστε* jam composita sit ex praepositione *ἐς* et *ὅτε*. Facilior autem offertur emendatio, si quis particulae *εὔτε* adjungit *ἄν*, quae quidem copulatio saepissime reperitur apud Homerum aliosque: quum enim particula *ἄν* ante praep. *ἀνὰ* temere ejecta esset, librarius quisquam ad metrum implendum addidit *ὅτε*, vel potius hanc particulam, quae vocis *εὔτ'* interpretandae causa pro glossemate haberi possit, ex margine in ordinem recepit. Vid. Buttmanni Lexilog. II. p. 227 sqq. Ipse subjunctivus, qui sequitur, *σεύηθ'*, nostrae emendationi favet. Atque Gaisfordii conjecturam *σεῦ'*, *ἡδ'* persequenti aliud etiam obviam venit incommodum, tum quod ita insolentior existit structura *ἀνέσσειε προμάχους*, tum quod ea ipsa sensum praebet minus idoneum: incitans enim describitur ad pugnandum, non ipse pugnans. Loquutio *ἀνὰ προμάχους* usu tam trita est, ut vix transire possit praepositio *ἀνὰ* ad verbum *σεύειν*. Cetera recte se habent, nisi quod versu 8. omnium Codd. consensu a Schowio collatorum legendum est *βιαζόμενος* pro vulg. *βιαζομένον*, ita ut appositio sit heroïs, qui describitur, sive subjecti totius sententiae. Ceterum Schowius utroque versu praecedente dedit: *ὅππύτ' ἀνὰ πρ. σεύεθ'*, *ὁ δ' αἶματ. κ. τ. λ.* Brunckius in *Analect. T. II. p. 522.* *ἔσθ' ὅτ' ἀνὰ πρ. σεύετο, αἶμ.* — *βιαζόμενος.*

*) Cf. Eustath. ad *Odyss. α.* 225. (p. 1413, 20. Rom.) *Σημείωσαι δὲ ἐνταῦθα καὶ ὅτι ὥσπερ τῆς δαιτὸς παρώνυμον Δαίτων κύριον καὶ Δαίτης, οὕτω καὶ ἐκ τοῦ κεράν καὶ τοῦ εἰλαπινάζειν ἦν τις Κεράων καὶ Εἰλαπιναστῆς κατὰ τὴν τοῦ Ἀθηναίου ἱστορίαν, εἰπόντος, ὅτι ἐν τῇ Λακωνικῇ που λέγεται ἰδρῦσθαι ἥρωας Δαίωνα καὶ Κεράωνα ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς φεδιτίοις ποιόντων μάζας διακόνων καὶ κεραννέντων οἶνον. Καὶ παρὰ Τρωσὶ δὲ φασὶ Δαίτην ἥρωα τιμᾶσθαι.*

sus, qui in Scholiis Victorianis ad Homeri Iliad. π, 287. (ed. Bekkeri p. 452. cf. Heyne ad Iliad. Tom. VII. p. 786.) ut Mimnermi laudatur.

Παίονας ἄνδρας ἄγων, ἵνα τε κλειτὸν γένος
ἴππων *).

XV.

Etymologicum Magnum p. 187, 45. Βάξις —
σημαίνει δὲ τὴν φήμην καὶ τὴν ῥῆσιν· Μίμνερ-
μος·

Καί μιν ἐπ' ἀνθρώπους βάξις ἔχει χαλεπή.

Ἀργαλέης ἀεὶ βάξιος ἰέμενοι.

XVI.

Aelian. V. H. XII, 36. Ἐοίκασιν οἱ ἀρχαῖοι ὑπὲρ
τοῦ ἀριθμοῦ τῶν τῆς Νιόβης παίδων μὴ συνά-
δειν ἀλλήλοις. Ὅμηρος μὲν ἔξ λέγει καὶ τοσαύτας
κόρας — Μίμνερμος εἵκοσι καὶ Πίνδαρος

*) Iliad. β, 848 sqq. in Trojanorum numero Paeones quoque collocantur:

Ἀντὰρ Πυρραΐχμης ἄγε Παίονας ἀγκυλοτόξους,
τηλόθεν ἐξ Ἀμυδῶνος, ἀπ' Ἀξιοῦ εὐρυρέοντος,
Ἀξιοῦ, οὗ κάλλιστον ὕδωρ ἐπικίδναται αἶαν.

cf. Il. π, 287.

XV, 1. 2. Βάξις χαλεπή, ἀργαλή opposita est sententiae Ho-
mericae Il. κ, 212 sq. μέγα κέν οἱ ὑπουράνιον κλέος εἶη πάν-
τας ἐπ' ἀνθρώπους. —

τοσοῦτους. cf. Boeckh. ad Pindari fragm. 37. Gaisford ad Hesiodi Fragm. 83.

XVII.

Plutarch. de facie in orbe lunae c. 19. Θέων ἡμῖν οὗτος τὸν Μίμνερμον ἐπάξει καὶ τὸν Κυδῖαν καὶ τὸν Ἀρχίλοχον, πρὸς δὲ τούτοις τὸν Στησίχορον καὶ τὸν Πίνδαρον, ἐν ταῖς ἐκλείψειν ὀλοφυρομένους τὸν φανερώτατον κλεπτόμενον, καὶ μέσῳ ἄματι νύκτα γενομένην, καὶ τὴν ἀκτῖνα τοῦ ἡλίου σκότους ἀτραπὸν φάσκοντας.

DE MIMNERMI QUI FERUNTUR VER- SIBUS IAMBICIS.

Praeter Mimnermi versus elegiacos apud Stobaeum bina proferuntur fragmenta iambica, Mimnermo assignata, quae tamen an majore jure ad Menandrum transferri possint, dubitant viri docti: sicut enim hemistichium quoddam, in Stobaei libris et scriptis et editis Menandri nomine laudatum, haud dubie (ut supra demonstravimus) ad Mimnermum referendum est, ita quaeritur etiam, an non idem vice versa adhibendum sit ad versus qui Mimnermi circumferuntur iambicos: et sicut Hugo Grotius in Postscripto ad Stobaeum, quum saepe mutata inter se sint *Philisci*, *Philemonis* et *Philetae* nomina, tragicos versus Philisco, comicos Philemoni, elegiacos Philetae assignandos esse censuit, ita sententia quoque inclinatur ad eandem rationem in *Mimnermo* et *Menandro* admit- tendam, quippe qui leviter commutari et potuerint

et interdum sint commutati *). Itaque hoc jam fecisse perhibetur Richardus Porsonus, alterum Britanniae lumen criticum **). Equidem dubius, quid statuendum sit in re tam difficili, ad Passovium me converti, qui pro innata sibi humanitate litteris ad me missis hancce sententiam suam enuntiavit: *Nun ist die nächste Frage, ob die beiden iambischen Fragmente des Mimnermus gleicherweise zurückemendirt und dem Menander zugetheilt werden sollen. Ihr Solon wird Sie eben nicht geneigt dazu machen: ich gestehe aber, dass mir das Eine, ὅποῖα δὴ φιλοῦσιν, stets die Farbe der neuen Komödie zu tragen geschienen hat, und dass ich also für dieses mit Meineke übereinstimme.* Atque Schoenemanno (p. 11.) Hermesianactis distichum supra laudatum, quo de Mimnermo agitur,

Ἥχθρε δ' Ἐρμόβιον τὸν αἰὲ βαρὺν, ἥδ' Ἐφ' Ἐρέ-
κην
ἐχθρὸν μισήσας, τοιάδ' ἔπεμψεν ἔπη·

referendum esse videbatur ad iambos, quibus Mimnermus inimicos (*fortasse medicos in fragmento iambico notatos*) invasisset. Sed nullis omnino constituta est haec sententia fundamentis ideoque philologis improbanda. Cur non potius retinenda sit interpretatio, totius loci cohaerentiae optime respondens neque illa longius repetita, ex qua Hermobius atque Pherecles habendi sint Mimnermi rivalet, de tibicinae amore cum ipso concertantes eamque ipsam ob causam in Nannone explosi et palam quasi oppugnati? Mittendae sunt enim ambages, ubi via recta ad finem per-

*) Vide ad Fragm. IV. et VIII.

**) Gaisford. in Poetis min. Gr. ad Mimnermi fragm. XIII. *Iambos, inquit, quos tanquam Mimnermi citat Stobaeus, Menandro potius, si bene memini, assignare solitus erat Porsonus.*

ducit. Sed quid tandem statuendum sit de istis fragmentis iambicis, magna relinquitur quaestio, cui, donec alia atque Stobaei auctoritas desideretur, vix ad liquidum responderi possit. Attamen nihilominus faciamus periculum vestigia licet tenuia persequendi.

XVIII.

Prior particula iambica extat in Florilegio (CII, 3. p. 551.) ubi Cod. A. hanc praebet inscriptionem: *Κατὰ ἱατρῶν Μιμνέρμου Νάννου*. Trinc. simpliciter *Μιμνέρμου*. Voss. *Μιμνέρμου κατὰ ἱατρῶν*. Grotius: *In MS. A. incipit novus titulus Contra Medicos*. Quoniam tamen ordine praecedunt versus Euripidis, subsequuntur Philemonis, nescio, quid sibi velit intercessio Mimnermi, qui aptius utrique praemittendus erat. Commodior autem erit intercessio *Menandri*, cujus quum aliunde non constet comoedia *Ναννώ* omnis inscriptio ita reponenda esse videtur: *Κατὰ ἱατρῶν Μενάνδρου Φαννοῦς* *).

Ὅποῖα δὴ φιλοῦσιν ἱατροὶ λέγειν,
τὰ φανῖλα μείζω καὶ τὰ δεινὸν ὑπέροβα,
πυργοῦντες αὐτούς.

*) Vide ad Fragn. VIII. Not. Meinekius ad Menandrum p. 303. — in margine Mimnermi nomen adscriptum est, quem iambica carmina scripsisse probari non potest. Itaque ut alibi, ita hic etiam Menandri et Mimnermi nomina permutata esse suspicabar, cum eandem Porsoni sententiam fuisse didici e verbis Gaisfordii ad Poet. min.

XVIII. 1. Ὅποῖα emendavit Brunckius, ut senarium restitueret. Vulg. οἶα. ἱατροὶ omnes, praeter Trinc. οἱ ἱατροὶ, quod metro repugnat.

V. 2. Optimam lectionem praestat Cod. τὰ δεινὸν ὑπέροβα. Impressi habent ὑπὲρ φόβον. BRUNCK.

XIX.

Alterum fragmentum (CXXV, 12. p. 620.) in Cod. A. inscriptum est: *Μιμνέρμου ἐκ Νεοπτολέμου*, in ceteris simpliciter *Μιμνέρμου*. Sed ecquis mihi aliunde demonstrabit Mimnermi extitisse *Νεοπτολέμου*? Immo Comoediae potius titulus esse videtur, ejusdemque fortasse Menandri:


*Δεινοὶ μὲν ἀνδρὶ πάντες ἐσμέν εὐκλειῇ
ζῶντι φθονῆσαι, κατθανόντα δ' αἰνέσαι.*

Meinekus quidem (p. 304.) hoc versuum par manifesto tragicum colorem praese ferre dicit; neque tamen similes sententias a comoedia nova prorsus fuisse alienas, quum ipsa fragmenta docent a Meinekio collecta, tum Plautus atque Terentius. Itaque Porsoni accedere conjecturae equidem haud dubito.

EPIMETRUM

AD

SOLO N E M P O E T A M.



EPIMETRUM

AD SOLONEM POETAM.

Quum inde a tempore, quo Bonnae ad Rhenum (apud Ed. Weberum a. MDCCCXXV.) Solonis Atheniensis reliquias poeticas edidi, tum per Censores publicos virosque eruditos tum ratione omnium communi, ex qua dies diem docet, quaedam addenda aut emendanda mihi oblata sint: primam ego hancce occasionem ad supplendum arripui.

Ad pag. 2. Not. 2. Ad testimonia scriptorum, qui Solonem *Execestidae* filium fuisse tradunt, accedit longe gravissimum, servatum illud quidem in basi imaginis marmoreae, cui affixa est inscriptio haecce: ΣΟΛΩΝ ΕΞΗΚΕΣΤΙΔΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΜΗΔΕΝ ΑΓΑΝ. Vid. *Museum Pio-Clementinum* Vol. VI. Tab. XXII. cf. *Aelian.* in *Stobaei Florileg.* XXIX, 58. p. 200.

Ibid. Not. 5. Censor Diarii paedagog. philolog. (*Paedagog. philologisches Litteraturblatt zur allg. Schulzeitung*), Novemb. 1825. N. 47. mcae sententiae, veviorev esse in constituenda Solonis aetate Heraclidae rationem, astipulatus, eandem sententiam novo, quod me fugerat, argumento approbavit. Nimirum in Platonis *Timaeo* p. 21. Critias junior sive tyrannus sese ait, admodum decennem, exponentem audivisse Critiam avum, Dropidis filium, prope nonagenarium, Solonis narrationem Atlanticam: Ἦν μὲν γὰρ δὴ τότε Κριτίας, ὡς ἔφη, σχεδὸν ἐγγὺς ἤδη τῶν ἐνενήκοντα ἐτῶν, ἐγὼ δὲ πη μάλιστα δεκάτης. Jam Censor pergit: Nun wissen wir zwar, dass die Alten

in ihren Zeitangaben nicht die Genauigkeit beobachteten, welche heutzutage mit Recht begehrt wird; allein eine so grosse Verrechnung kann dem Platon, noch dazu in einer Sache, wo er, als Verwandter des Kritias, nähere Kenntniss haben konnte, nicht beigemessen werden, dass er einen Mann, welcher noch Solon gesehen, wenn dieser vor Chr. 559. gestorben wäre, mit neunzig Jahren in die Jugend des jüngeren Kritias hätte hinreichen lassen, der bei seinem Tode 403. vor Chr. höchstens fünfzig Jahre haben konnte. Neque mediocris momenti est testimonium Aeliani in Stobaei Florileg. XXIX, 58. p. 200. Σόλων ὁ Ἀθηναῖος, Ἐξηκεστίδου, παρὰ πότον τοῦ ἀδελφιδοῦ αὐτοῦ, μέλος τι Σαπφοῦς ἄσαντος, ἥσθη τῷ μέλει, καὶ προσέταξε τῷ μειρακίῳ διδάξαι αὐτόν. Ἐρωτήσαντος δέ τινος, διὰ ποίαν αἰτίαν τοῦτο ἐσπούδασεν, ὁ δὲ ἔφη, Ἵνα μαθὼν αὐτὸ ἀποθάνω. cf. Fragm. i.

Ad pag. 9. Suidae enarranti, ἐλέγους ad tibiam cantatos esse, addendus est Plutarchus de Musica cap. 8. Ἐν ἀρχῇ ἐλεγεία μεμελοποιημένα οἱ ἀνλωδοὶ ἤδον· τοῦτο δὲ δηλοῖ ἡ Παναθηναίων γραφὴ ἡ περὶ τοῦ μουσικοῦ ἀγῶνος.

Ad pag. 18. Elegos de vitae humanae hebdomadis pro genuinis quoque habuit Valckenarius in Aristobulo p. 103. 108.

Ad pag. 25. Vide Valckenar. ad Ammonium p. 185. Meier. de bonis damnatorum p. 27. Weber die elegischen Dichter der Hellenen p. 490 sqq.

Ad pag. 34. Pedibus mihi cundum est in sententiam Censoris laudati, Cypranorem regis Cyprii fuisse nomen proprium, Philocyprum cognomen ornans.

Ad pag. 50. Not. 94. extr. Dodonaei oraculi in Epiro siti mentio quoque jam facta est in Hesiodi Ἠοίαις. Schol. ad Sophoclis Trachin. 1174. (Hesiod.

fragm. XXXIX.): Καὶ Ἑλλοπίαν τὴν Δωδώνην νομίζουσιν εἶναι· τὴν γὰρ χώραν οὕτως Ἡσίοδος ὀνομάζει, ἐν Ἠοίαις λέγων οὕτως·

ἔστι τις Ἑλλοπίη, πολυλήϊος ἡδ' εὐλείμων,
ἀφνειὴ μήλοισι καὶ εἰλιπόδεσσι βόεσσιν,
ἐν δ' ἄνδρες ναίουσι πολὺρῥηνες, πολυβούται,
πολλοὶ, ἀπειρέσιοι, φῦλα θνητῶν ἀνθρώπων.
ἐνθάδε Δωδώνη τις ἐπ' ἐσχατιῇ πεπόλισται.
τὴν δὲ Ζεὺς ἐρίλησε, καὶ ὃ χρηστήριον εἶναι,
τίμιον ἀνθρώποις, ναῖον δ' ἐν πυθμένι φηγοῦ.
ἐνθεν ἐπιχθόνιοι μαντεύματα πάντα φέρονται.
ὅς δὴ κείνῃ μολὼν θεὸν ἄμβροτον ἐξερεῖνῃ,
δῶρα φέρων ἔλθῃσι σὺν οἴωνοῖς ἀγαθοῖσιν.

Πελασγῶν Ἰδρανὸν eadem dicitur Dodona apud eundem Hesiodum Fragm. XVIII. ed. Gaisford. — Ceterum quae ab Herodoto II, 55. narrantur, utpote a sacerdotibus Aegyptiacis cum ipso communicata, duas columbas Thebis avolasse, alteram in Libyam, alteram in Epirum, ea majore etiam nituntur fundamento: eadem enim jam proposita erant a Pindaro, poeta imprimis religioso, in Paeanibus. Schol. ad Soph. Trachin. 175. *Εὐριπίδης δὲ τρεῖς γεγονέναι φησὶν αὐτάς· οἱ δὲ δύο, καὶ τὴν μὲν ἐς Λιβύην ἀφικέσθαι Θήβηθεν εἰς τὸ τοῦ Ἀμμωνος χρηστήριον, τὴν δὲ εἰς τὸ περὶ τὴν Δωδώνην, ὡς καὶ Πίνδαρος Παιᾶσιν.* Pindari fragm. 30. ed. Boeckh.

Ad pag. 54. Notatu digna est Aug. Boeckhii, eximii praeceptoris mei, quam de antiquissimo isto Minervae signo Dresdensi enuntiavit sententiam in *Tragoediae Gr. principibus*, unde quaedam huc spectantia excerpenda videntur. Quod ad summam hujus rei, pedibus ivit in Bekkeri sententiam. Pag. 194. *Minervam quidem, inquit, in peplo Dresdensi aegis statim prodit, estque ibi sola hac armata, ut apud Claudianum in Gigantomachia,*

Tritonia virgo

Prosiluit, ostendens rutila cum Gorgone pectus:

Aspectu contenta suo non utitur hasta.

Pag. 199. Post Minervam imprimis pater Jupiter pingebatur: v. Plutarch. Demetr. p. 894. B. Schol. Euripid. Hecub. 466. Ἔθος ἦν ἐν Ἀθήναις ὑφαίνειν τὰς ἀριστείας τῆς θεοῦ πολεμικῆς οὔσης καὶ ἅ κατὰ Τιγάντων κατεπράξατο μετὰ τοῦ Διός. Et ita Jupiter in suprema pepli Dresdensis area repraesentatur curru vectus, ut Typhonem fulmine prostermit, velut in Gemma ap. Gorium Mus. Florent. T. I. t. 57. num. 7. p. 108. coll. Lippert Dactyloth. Chil. I. num. 27. nam Typhonem vulgo vocant, quem Jupiter in Gigantomachia prostraverit: etsi Apollodorus accuratius Typhonem tertio post Gigantas loco a Terra creatum dicit, Jupiter autem Porphyrionem ceterosque omnes fulmine prostravisse fertur, quos posthac Hercules interficeret sagittis etc. — Pag. 198. Quod autem nostro loco (in Euripid. Ione) Bacchi injecta mentio est, magis etiam placebit, ubi in animum induxeris, ei tragoediam consecratam fuisse. In peplo tamen Dresdensi Bacchum non agnosco, sed ejus loco in secunda area Silenus designatus est, proidentibus eum auribus, de quibus v. Creuzerum nostrum in praeclarissima diatribe Studiorum T. II. p. 310. Quem Silenum notum est asino insidentem venisse ad pugnam una cum Baccho, Satyris ac Vulcano: quorum deinceps asini in coelo positi sunt. Eratosth. Catasterism. 11. Hygin. poet. astronom. II, 23. Eum autem artifex facete finxit tanquam prope victum et demissis, ut dicitur, auriculis, quum Satyri superbi quidem et gloriosi milites, velint videri, revera autem sint inertes atque imbelles, quod tota Euripidis Cyclops ostendit etc. Pag. 200 sq. In tertia area Dresdensi pepli Vulcanus, in sexta formae gravitate ac fastu Juno agnosci videtur: in octava, ut fallor, Venus est, quippe Olympiarum dearum una: in decima agilitate sua furoreque agnoscitur Diana. In

nona, credo, est Hercules, sed more veterum non clava nec sagittis nec leonina pelle insignis (cf. Strabo XIV. p. 688.); ut in nonnullis etiam superstitionum monumentorum; sed ut homo pallio amictus, ut distinguatur a diis: neque offendet quemquam, quod nullum omnino telum habet, quum ne ceterorum quidem quisquam praeter Minervam armatus sit. — Pallium autem magnificentius Herculi tribuitur etiam ap. Eurip. *Herc. fur.* Vss. 519. 627. 629. 959. 1159. 1198. 1204. deque ejus Gigantomachia vide praeterea Pindar. *Nem.* I, 100. et ibi Schol. Eurip. *Herc. fur.* Vss. 853. 1190. 1272. Ceterae tres figurae repraesentare videntur Martem, Apollinem, Mercurium: nam inferis diis, Plutoni ac Proserpinae, quos superis opitulatos esse apud Claudianum legimus, item Neptuno, quem Apollodorus habet, postremo Parcis, quas alii nominant, nullus videtur in hoc populo locus esse.

Ad pag. 63. Fragm. α, 1. Libentissime accedo interpretationi, quam proposuit Censor citatus, particulam ἐς summentis pro adverbio, quod significet *ad haec, praeterea, insuper*; ita ut ἡβης referatur ad ἐρατοῖς ἀνδρῶν. Totum enim distichum primitus copulatum erat cum aliis.

Ad pag. 66. Fragm. γ, 9. 10. Simile praeceptum jam legitur apud Hesiodum *Ἔργ.* 693 sqq.

ὦραῖος δὲ γυναῖκα τεὸν ποτὶ οἶκον ἄγεσθαι,
μήτε τριηκόντων ἐτέων μᾶλα πόλλ' ἀπολείπων,
μήτ' ἐπιθείς μᾶλα πολλὰ γάμος δέ τοι ὦριος
οὔτος.

Ad pag. 68. Fragm. δ, 2. De duplici structura verbi κλῦμι adeundus est F. A. Wolfius ad Hesiodi *Theog.* 474. Schaefer. ad Dionys. Hal. de comp. verbor. p. 78. Etiam verbum ἀκούειν duplici utitur structura, licet rariore illa dativi, ut Homer. *Il.* π, 515. δύνασαι

δὲ σὺ πάντοσ' ἀκούειν ἀνέρι κηδομένῳ. Memorable est l. c. vers. 531., quo ἀνακολούθως utraque reperitur structura: Ὅτι οἱ ὦκ' ἤκουσε μέγας θεὸς εὐξαμένοιο.

Ad pag. 74. Fragm. δ, 32. Platonis locum, quo vox ἡγεμῶν significationem habet auctoris, profectum esse ab interpolatore Christiano docuit Tennemannus System. philos. Platon. T. I. p. 111. cf. Boeckhii Gr. tragoediae principes p. 163.

Ad pag. 75. δ, 43 sqq. Similis sententia jam extat in Homeri Odyssea ρ, 286 sqq.

γαστέρα δ' οὐπὼς ἔστιν ἀποκρῦψαι μεμαυῖαν,
οὐλομένην, ἣ πολλὰ κάκ' ἀνθρώποισι δίδωσιν.
τῆς ἔνεκεν καὶ νῆες εὐζυγοὶ ὀπλίζονται
πόντον ἐπ' ἀτρύγετον, κακὰ δυσμενέεσσι φέ-
ρουσαι.

cf. Horatii Sat. I, 1, 28 sqq. ib. Heindorf.

*Ille gravem duro terram qui vertit aratro.
Perfidus hic caupo, miles nautaeque per omne
Audaces mare qui currunt, hac mente laborem
Sese ferre, senes ut in otia tuta recedant,
Ajunt —*

Ibid. ad v. 48. Λατρεύειν hoc loco i. q. θητεύειν apud Homer. II. ϕ, 444. atque Latinum latrocinari ad eandem radicem atque significationem primitivam referendum esse, rectissime observavit Censor laudatus: Λάτρις enim, inquit, atque latro idem significant, mercenarium, μισθοφόρον, et de agricolis et de militibus accipiendum. Vetus Theotiscum Schalk itidem utraque utitur significatione atque illustrare potest fortunam vocabuli Graeci et Latini. cf. Welcker. ad Theognid. p. XXXII. Minime autem mihi persuasit Censoris integerrimi interpretatio, quam protulit ad v. 67 sqq. Namque τὸν μὲν εὖ ἔρδειν πειρώμενον cum

esse ait, *qui periculum faciat, cui animus sit bene agendi*; verum v. 69. τὸν καλῶς ἔρδοντα esse eum, *qui bene vivat, cui Daemon faveat sive propitius sit, licet homini ἄφρονι*. Sed quomodo, inquam, ὁ καλῶς ἔρδων denotare potest eum, *qui bene vivat (der, dem es wirklich trotz seiner ἀφροσύνη gut geht, dem der Dämon wohlwill)*? Quod enim a fortuna sive a Dæmone proficiscitur, non spectat ad τὸ ἔρδειν sive ad liberas vitae actiones. Sic jam apud Homer. Odyss. θ, 490. sibi opponuntur notiones τοῦ ἔρδειν καὶ τοῦ πάσχειν ὅσῃ ἔρξαν τ' ἔπαθόν τε. quarum prior spectat ad res gestas, altera ad damna extrinsecus profecta. Itaque καλῶς ἔρδειν nihil aliud significat, nisi *honeste agere, sive, quod philosophi dicunt, ratione ac voluntate facere*. Acutissime autem hunc locum interpretatus est Welckerus, eximius praeceptor meus, ad Theognid. p. 137 sq. Stob. εὐ ἔρδειν. Gesn. εὐδοχιμεῖν, fort. ex Theognide. Illud tamen antiquum et sincerum est. Concinit Solon cum Phocylidis dicto p. 3. citato: Πόλλ' ἀπατηθῆναι διζήμενον ἔμμεναι ἐσθλόν. Qui rem bene gerere (sua vi et virtute) studet, nec opinato (ante quam quod voluerat exsecutus sive nactus est) calamitate affligitur; si quis vero bene (reapse) agit (et conatus ad effectum adducit) numini id debetur, humana imbecillitate ipsum liberanti, consilia ejus adjuvanti; ita omnia disponenti, ut ab ejus vel consilio vel imprudentia nihil pendeat. Ita haec bene cohaerent cum distichis antecedentibus: Μοῖρα δέ τοι κ. τ. λ. Sed cum sensus paulo reconditior esset, apud Nostrum emendatum est εὐδοχιμεῖν, et ap. Stob. dist. seq. in duobus Schowii Codd. κακῶς ἔρδοντι, quo pro antithesi vera, sed abscondita, alia nova existeret. — Paululum ambigua est sententia, quam Weberus expressit in interpretatione Theotisca poetarum elegiacorum Gr. p. 57.

*Denn wer da klüglich zu handeln versuchte, eh' er's
geahndet,*

*Sank er in Jammergeschick, grosses und schüweres,
hinab.*

*Wieder ein Andrer gedeiht; in jeglichem schenket ein
Gott ihm*

*Guten Erfolg, und ersetzt, was er im Wahne
verbrach.*

Prorsus autem consentiendum est cum eodem in rep-
nenda lectione Fragm. ε, 6. aequè vera ac simplice:

ὅταν κεν τῶν ἀφίκηται

ῶρη, σὺν δ' ἥβη γίγνεται ἀρμодία.

γίγνεται positum est pro *γίγνηται*, quod ex Homero
notissimum. Eodem modo restituit Welckerus in Theo-
gnide 1190. cf. Annot. p. 139 sq. Sensus: *Quando
forte mulierum puerorumque amoris advenerit tempus ma-
tutum simulque juvenitus accesserit idonea.*

Ad pag. 80. v. 71 sq. Totum hexastichum lau-
dat atque Soloni tribuit S. Basilius in oratione *πρὸς
τοὺς νέους* p. 197., qui eandem quoque v. 71. extr.
exhibuit lectionem, quam Aristoteles et Stobaeus.

Ad pag. 84. ε, 9, 10. Theognis 1187 sq.

*Οὔτις ἄποινα διδούς, θάνατον φύγοι οὐδὲ βα-
ρεῖαν*

δυστυχίαν, εἰ μὴ μοῖρ' ἐπὶ τέρμα βάλοι.

Ad pag. 85. ε, 3. cf. Valckenar. ad Euripid. Phoe-
niss. p. 146. B.

Fragm. ζ. Homer Il. ρ, 446 sq.

*Οὐ μὲν γάρ τί πού ἐστιν οἰζυρώτερον ἀνδρός
πάντων, ὅσσα τε γαῖαν ἐπι πνεῖει τε καὶ ἔρπει*

Theognis 167 sq.

*Ἄλλ' ἄλλω κακόν ἐστι, τὸ δ' ἀτρεκὲς ὀλβιος
οὐδεὶς*

ἀνθρώπων, ὅπόσους ἥελιος καθορᾷ.

Forma *μάκαρς* a Welckero commendata jam extat in
H. Stephani Poetis Gr. p. 472.

Ad pag. 90. Ciceroni de re publ. I, 59. adjungendus est Thucyd. III, 59. εἶωθε δὲ τῶν πόλεων αἷς ἄν μάλιστα καὶ δι' ἐλαχίστου ἀπρὸςδόκητος εὐπραξία ἔλθῃ, εἰς ὕβριν τρέπειν. cf. Wasse ad h. l.

Ad pag. 108. κε, 28 sq. Lobeckius ad Soph. Ajac. p. 551. *Itemque* (in Etymolog. M.) Κυκῶν, ταράσσω, ΘΡηνῶν. lege ΟΡΙῶν, quo sensu est in illo Homérico ὥς δ' ἄνεμοι δύο πόντου ὀρίνεται. Prior vox eximenda est Solonis fragmento XXVIII, 26. Brunck.

Τῶν οὖνεκ' ἀρχὴν (l. ὀργῇ) πάντοθεν κυκούμενος ὥς ἐν κυσὶν πολλοῖσιν ἐστράαην λύκος.

scribi debet κυκλεύμενος. — Veram quidem esse emendationem glossae Θρηνηῶν ex praecedente verbo ταράσσω intelligitur; minime tamen consentiendum cum viro doctissimo in emendanda vulgari Solonis lectione, utpote qui formam rariorem eandemque sententiae prorsus accommodatam atque satis confirmatam sine justis rationibus expunxerit.

Ad v. 50. Permutatio opposita illi, ex qua *elegi* indicantur loco *iamborum*, extat apud Hermiam MS. in Platon. Phaedrum: ὅς καὶ τὸν ἰαμβον τοῦτον εἶπε.

Φόβος ἢ λύπη παῖς πατρὶ πάντα βίον.

Qui tamen versus quum sit *pentameter*, emendandum est *πεντάμετρον*. Vid. Jacobsii Animadvv. ad Antholog. Gr. Vol. I. P. 1. p. 321.

Ad pag. 111. κς, 8. Xenophon Anab. IV, 4, 13. succum ex Sesamo expressum praebuisse unguentum dicit, quo Graeci usi sint pro oleo. Πολὺ γὰρ ἐνταῦθα εὐρίσκετο χρίσμα, ᾧ ἐχρῶντο ἀντ' ἐλαίου, σύειον καὶ σησάμινον κ. τ. λ.

Ad Solonis Hypothecas spectasse etiam videntur, quae refert Scholiasta ad Platon. *dialog. de Justo* ed. Bekkeri p. 465. Παροιμία, ὅτι πολλὰ ψεύδονται ἄοι-

δοὶ, ἐπὶ τῶν κέρδους ἕνεκα καὶ ψυχαγωγίας ψευδῇ λεγόντων. φασὶ γὰρ τοὺς ποιητὰς πάλαι λέγοντας τάληθῇ, ἄθλων ὕστερον αὐτοῖς ἐν τοῖς ἀγῶσι τιθεμένων, ψευδῇ καὶ πεπλασμένα λέγειν αἰρεῖσθαι, ἵνα διὰ τούτων ψυχαγωγοῦντες τοὺς ἀκροωμένους τῶν ἄθλων τυγχάνωσιν. ἐμνήσθη ταύτης καὶ Φιλόχορος ἐν Ἀτθίδος ἀ καὶ Σόλων Ἐλεγερίαις καὶ Πλάτων ἐνταῦθα.

Denique nobis liceat proponere quaestionem criticam, quam quidem absolvendam aliorum potius iudicio relinquimus. Notum est enim farraginem Theognideam multa aliorum poetarum, maxime Solonis, continere fragmenta, unde colligere licet alias quoque Solonis aliorumque poetarum apud nostrum Theognidem reconditas esse particulas, quas tamen eruere nemo audeat, donec justae rationes eaeque historicae desiderentur. Jam vero si quis animum adverterit verbis, quae leguntur apud Tzetzen ad Exeg. in Iliad. p. 144. ed. Hermann. Σόλων δὲ καὶ κατ' ἔχνος αὐτοῦ καὶ ὁ Σοφοκλῆς . . . δαίμονα φάσκει τὸν, ὃς κἄνπερ πρότερον ἦν ἀτυχῶν, ὁμῶς εὐτυχοῦς καὶ ἀγαθοῦ τετύχηκε τέλους. — nonne idem accingetur ad cogitandum, Theognidis locum inde a versu 161. usque ad 164. Soloni jure meritoque reddendum esse?

Πολλοί τοι χρῶνται δειλαῖς φρεσὶ, δαίμονι δ' ἐσθλῷ,

οἷς τὸ κακὸν δοκεῖν γίνεται εἰς ἀγαθόν.

εἰσὶν δ' οἱ βουλῇ τ' ἀγαθῇ καὶ δαίμονι φάυλῳ
μοχθίζουσι, τέλος δ' ἔργμασιν οὐχ ἔπεται.

Hujus loci paraphrasis legitur apud eundem Theognidem 133 sqq.

I N D E X

SCRIPTORUM VEL EMENDATORUM VEL ILLUSTRATORUM.

Alexander Aetolus ap. Athen. XV. p. 699. C.	pag. 13
Catullus LXII, 46 sq.	— 30
Hermesianax ap. Athen. XIII. p. 597 sq.	pag. 9. 11. 20
Homer. Il. ω, 5 sqq.	pag. 7
Horat. Ep. I, 6, 65 sq.	— 27
Ovid. Ibid. 546 sq.	— 14
Pausan. VIII, 28, 2.	— 45
Posidippus in Analect. II, 48.	— 21
Strabo XIV. p. 921.	— 9
Suidas v. <i>Μίσερνος</i>	— 7
Theognis 791 — 794.	— 38 sq.
— 1011 — 1016.	— 33 sq.
Tzetzes ad Lycophr. 868.	— 45

INDEX

RERUM ET VERBORUM.

Ἀλήεες	pag. 45
ἀρπαλῆος	— 28
Augusteum Dresdense	— 57
βάξις	— 48
Cognomina scriptorum Gr. diversa	— 3. 8
Δαίτης ἥρως	— 47
Dodonaeum oraculum	— 56
ἔρδειν	— 61
Ἑρμιον πεδῖον	— 46
ἡγεμόν	— 60
κλύειν	— 59
Κραδίης νόμος.	— 9
κύλλη	— 41
λατρεύειν	— 60
Λιγυρτιάδης	— 7
Niobae proles	— 48
παιδεραστία	— 16
πτοιεῖσθαι	— 34
Pyliorum migrationes in Asiam min.	— 6. 44
ῥοδοδάκτυλος Ἥως	— 40
Solis navigatio nocturna	— 40
τιθεῖ	— 30
τροχοῦται	— 33
Φαννώ Menandri Comoedia	— 39. 51
χαλεπηρής.	— 43

ERRATA.

- Pag. 10 lin. 21. leg. *alii alium vindicabant.*
— 15 lin. 16. leg. *nullum vero.*
— 28 extr. *Mimn. IX, 8.*
— 29 lin. 11. *ἀμφεκάλυσεν.*
— 31 Not. v. 2. lin. 5. *Hesiodius.*
— 32 Not. v. 10. lin. 3. *qua tamen ratione.*
— 33 Not. v. 11. lin. 4. *nescio an non.*
— 41 Not. lin. 8. *est hicce.*
— 43 Not. v. 7. lin. 4. *οἴχεται.*
— 44 lin. 5. *τὰς.*
— 45 Not. lin. 1. *notatu.*
-







PA
4249
A2B3

Mimnermus
Mimnermi Colophonii
Carminum quae supersunt

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

